

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696


urn:nbn:de:bsz:31-105465

III

Gymn 4770

~~I B 2 12~~

g 9160



^(cardi)
D. GEBH. THEODORI MEIERI

Theologi & Prof. in Academia Julia

ANTI-

CHILIASMUS

ABSOLUTISSIMUS,

in quo

REGNUM CHILIASTICUM

cum omnibus vindiciis,

quas

D. J. W. PETERSEN

adhibuit,

Vi verbi divini penitus destruitur;

&

Orthodoxa de Novissimis doctrina

solide corroboratur;

Ante hac per modum Dissertationis Aca-

demicæ in Juleo propositus, postea ab ipso B. Autore ante

ejus obitum recognitus, & in gratiam Eruditorum

jam altera vice editus,

HELMSTADII,

Sumptibus FRID. LÜBERWALDI, Bibliop.

Anno M DC XCVI,

THEOLOGICAL LIBRARY
Theological Prof. in Academia Julia

20ah 69m 4770

CHILIASMUS ABSOLUTISSIMUS

in quo

REGNUM CHILIASMICUM

curi omnibus vindicatis

quis

D. J. W. REITZBERG

judicibus

W. verb. divini p. n. d. bellum

&

Orthodoxa de Novissimis doctrina

solide corroborata

Auct. Jac. per modum Libellationis Aca-
demicae in hoc prope hunc posse ab J. B. Autore ante
eius obitum fecerunt & in gratiam hanc
jam characteribus

WETZELIA

FRIDRICH WETZEL

Anno MDCXCVI



Can
-it
ou
N
-it
pot
me
dustr
yegas
cipes
vete
& a
mo
ver
fuer
fama
cio, ni
ejusq
sionif
renom
horin
obtruc
dubiur
merin
ADOL
Bals

Lectori Salutem & Officia

Cum voto sinceræ cœlestis doctrinæ ac illius pietatis, quæ
habet promissionem præsentis ac futuræ vitæ,
apprecatur & offert

GEBHARDUS THEODORUS MEIERUS.

NOtum Tibi est, quam indignis mo-
dis & *deiva* in duobus scriptis, utroque calamniis re-
fertissimo, me ante aliquot menses persecutus fue-
rit. Mihi quidem par pari referre religio est, sed
potius provoco ad omnes bonos & ingenuos homines, qui
me meamque vitam norunt, provoco ad omnes pios & in-
dustrios meos Auditores, provoco ad honoratissimos Col-
legas meos, provoco ad Potentissimos meos Nutritores Prin-
cipes, provoco ad Deum ipsum, imo provoco ad Animad-
versoris Contribules, qui aliquam partem fuerunt mei discipuli
& amici in Christo singulares, an talis ego sim, qualem hic ho-
mo me describit. Poteram equidem ex lege *diffamari* ad-
versus eum agere, salva lege christianismi, sed cum recordatus
fuerim, quod homo perditissimæ famæ innocentium virorum
famam commaculare nequeat, in nullo ego in his terris judi-
cio, nisi coram tribunali honestatis, causam meam agi volo, ab
ejusq; judicio lubens stabo. Caterum prodeat Chiliaffa vel Vi-
sionista & me accusati criminis convincat. Solum enim accusa-
re non sufficit, & si hoc sufficeret quis esset innocens? Sed hic
horum hominum mos est, qui suspectam suam doctrinam aliis
obtrudere satagunt, ut fidem alias sarram & tectam eorum in-
dubium vocare studeant, qui illis contradicere audent. Hæc
interim animo ita volventem revolventemq; eximius juvenis
ADOLPHUS THEOBALDUS OVERBECK nullo meo svasu,
nullo hortatu, nullo meo instinctu sed ultro (quod Deus &
modo

modo laudatus juvenis testis est) convenit, rogans ut Disputationem, à se contra Chiliaftas eorumque inprimis Promachum, elaboratam sub meo qualicunque præsidio Eruditorum examini submittere ipsi liceret, atque vel sic à suspitione qua gravaretur, ac si ipse Chiliafta esset, auctoritate & consilio suorum motus, se liberaret. Fateor equidem, quod initio tergiversatus fuerim commodas ei præbere aures, qui à me nondum impetrare poteram, ut nugis & cavillationibus ejus responderem, indignum præterea reputans liberali ingenio in futillum thesium examine & refutatione desudare. Postquam autem hujus Animadversoris affectas exultantes animadverti, sibi suoque Patrono victoriam accinentes, quasi silentium desperatæ causæ index esset, annui ego petitis doctissimi hujus juvenis & in examine hodierni Chiliasmi præsidium meum ei amplius denegare nolui. Sciant vero omnes, non me sed juvenem hunc hujus scripti auctorem (Animadversoris quondam auditorem sedulum) esse, exceptis iis quæ ex prælectionibus meis hauserat, reliqua, certo consilio immutare nolui, defensionem tamen mei Programmatis mihi soli relicta, benevolo lectori, simulatque per alia negotia, quæ hoc inprimis semestri mihi quamplurima fuerunt expediunda, licuerit, proxime communicandam. Quo peracto ego deinde manum huic negotio plane subtraham, sive fulmina sive tonitrua ex fauce contumeliosa sive hic sive alius in posterum eructet, neque enim ad illa, nec famæ nec salutis meæ nocitura contremisco, amœnioribus meis studiis operam porro potius daturus. Bene vale! Candide Lector, & hunc juvenem ad præclara aspirantem amare, ejusque studia in Dei gloriam, & Ecclesiæ commodum promovere stude, & ubi inceperis mecum perge: dignus enim ille est quem habeas Tibi quam commendatissimum.

EXER.

EXERCITATIO ACADEMICA
DE
CHILIASMO HODIERNO.

§. I.

QUæ suis Ephesius Apostolus *Eph. IV, 14.* inculcat, ne omni vento doctrinæ circumagantur ac fluctuent, ac iisdem vere verbis repetit in Epist. ad *Hebr. c. XIII, 9.* illa hodiernis maxime temporibus probè observanda esse, præsens Ecclesiæ nostræ facies quemvis eam penitus inspicientem, abundè docebit. Si enim ulla fuit heterodoxia, quæ fideles à veræ fidei simplicitate, in varias errorum ambages potuit deducere, talis certe est, qui hodie in nostras irrepere cœpit Ecclesias, Chiliasmus. Hoc si infectus fueris, omnia fere Prophetarum vaticinia, ad regnum Chiliaisticum quasi obtorto collo trahes, & quicquid in Verbo Dei ad gaudia vitæ æternæ spectat, ad aureum illud mille annorum Seculum detorquebis, ac si præcipuus Scripturarum scopus sit Chiliasmus. Ita autem à vero scopo Scripturæ S. deviantes quomodo poterunt non in infinitam innumerarum vanitarum sylvam incidere? Hanc ob causam non modo in tot sectas subdivisus iterum est Chiliasmus, ut, quot capita, totidem hic quoque dari videantur sententiæ; sed etiam quælibet illarum in tot varietates sæpenumero delabatur, ut pene quid statuatur, in multis ignoret. Harum singulas sub examen jam quidem vocare,

A

non

non est mihi propositum, cum magni laboris, exigui vero usus, hoc esset. Sed exhibebo & expendam nunc tantum Chiliasmum sub illis circumstantiis, quibus eum circumscripsit Chiliastarum Patronus, à quo hodie plerique inter nostrates Chiliasmo faventes, dependent, ejusque sententiam amplectuntur. De hoc itaque Chiliasmo quid statuendum sit, tum demum apparebit, quando illum analogiæ fidei ex apertis Scripturæ testimoniis deductæ, plane contradicere constiterit: Id quod præsentis opusculo me evidenter, præeuntibus Doctoribus meis, ostensurum, ac simul, quæ pro errore suo in Animadversione, quam vocat, Programmati Summè Venerabilis Domini mei Præceptoris, oppositâ dictus Chiliastarum Hyperaspistes produxit, ex Verbo Dei diluturum, confido. Quod dum aggredior, Te, Sanctissime Deus ac Pater Benignissime, supplex invoco, ut calamum meum in viâ veritatis ita velis dirigere, ne ulla ratione ab illis quæ in Verbo Tuo docemur, exorbitet aut à fide super illud fundatâ vel minimâ in parte defleat.

§. II. Ut igitur pateat Chiliasmum, qualem Autor Animadversionis jam dictæ credit, fidei contradicere, distinctis aphorismis proponendus erit nexus fidei nostræ, quatenus ille præcipue ad res novissimas spectat, ut deinde ad istum exigui possit dogma illud Chiliaasticum. Assertio ergo prima hæc esto: Scriptura duplicem tantum novit Christi manifestationem (voce manifestationis pro visibili apparitione in terris sumptâ) unam ad profligationem peccati, Hebr. ix. 26. alteram cum in secundo suo adventu absque peccato conspicietur illis qui ipsum expectant ad salutem. v. 28. Thesis hæc in Program-

grammate quoque habetur, & ibi ex adducto loco adeo manifeste probata est, ut ipse Chiliastarum Antesignanus non ausus fuerit, in oppositâ Programmati Animadversione, eicontradidere, sed ibidem §. 30. agnoscat, hoc ipso, quod in textu non dicatur, *ἐκ τρίτου*, sed *ἐκ δευτέρου*, duos præcise definiri adventus Christi, ultra quos nullus admittendus sit adventus tertius. Hinc ipse (cum tamen geminum adhuc expectet iudicium) statuit l. c. in extremo iudicio Christum non esse visibiliter in terrâ appariturum, sed mortuos ipsi fore sursum sistendos. Quare hæc Assertio ulteriori deductione non indiget & tuto præsupponi potest, ipsis etiam Chiliastis consentientibus.

§. III. Ex ista igitur infero hanc secundam assertionem: Unus saltem adhuc erit expectandus Christi adventus (seu visibilis apparitio) ille scilicet, in quo absque peccato conspicietur iis, qui ipsum expectant ad salutem. Ratio manifesta est, primus n. adventus ad peccati profligationem jam diu factus est, unde unus saltem ex illis duobus, nempe posterior futurus adhuc esse poterit, cum præter duos quos Scriptura S. determinat Christi adventus, non possit admitti adventus tertius, fatente ipso Animadversionis Autore §. 30. unde nec quo ad hanc assertionem pugna nobis erit cum Chiliastis. Notanda autem & præsupponenda etiam hæc erat, ut sciamus & certi simus quæcunque in Scripturis S. N. T. de futuro quodam visibili Christi adventu dicuntur, non esse trahenda ad diversos adventus, sed omnia ad illum unum pertinere, & in unico hoc adventu simul esse implenda, quod præsupposito in sequentibus conclusionibus demonstrandis expeditius progredi licebit.

§. IV. Assertio tertia: In hoc adventu iudicabit

Christus vivos & mortuos. Docemur hoc in Programmate ex 2. *Tim. 4.* ubi Apostolus obtestatur Timotheum, coram Jesu Christo, qui iudicaturus est vivos & mortuos in illustri adventu suo, atque huic etiam thesi consentire se profitetur Animadversionis Autor §. 29. eam autem longe aliter intelligit & explicat, quam secundum terminorum latitudinem explicari debuisset, vult enim vocem mortuorum hic tantum in particulari supponere (ut cum Scholasticis loquar) pro quibusdam saltem mortuis, cum e contrario vox ipsa l. c. ab Apostolo limitatione nullâ sit circumscripta, ut adeo in tota latitudine suâ pro omnibus quicunq; a condito mundo mortui tum erunt, vox illa sit accipienda, sicut eodem modo vox vivorum omnes quicunque in adventu Christi adhuc vivent, sub se complectitur. Verum hoc loco illud nondum urgebitur, cum multo clariores è Scripturis suppetant demonstrationes, quibus iudicii hujus universalitas evinci possit, ceu insequentibus aphorismis manifestum fiet, interjectis prius nonnullis, quæ de mortuorum resurrectione fides nostra, ex evidentissimis Scripturæ S. dictis firmata, tenet.

§. V, Assertio quarta: In adventu illo Christi omnes pie demortui resurgent. Lætis hanc propositionem excipient & amplectentur ulnis Chiliastæ, ut ex ipsorum scriptis colligo, unde posset quidem hæc sine demonstratione dimitti, ex abundantia autem evidentissimis firmamus Scripturæ S. dictis, quibus deinde adversariorum quoque confessiones subjungentur. Hæc igitur piorum resurrectio cum adventu Christi conjungitur. *Theff. IV. 16. Dominus descendet cum clangore, cum voce Archangeli & cum tubâ Dei, & mortui in Christo* *ἐκ νεκρῶν ἐν Χριστῷ* resurgent. Non dicit πολλοὶ τῶν

ἴων νεκρῶν sed simpliciter οἱ νεκροί ut appareat quoscunq;
etiam mortuos in Christo tum fore suscitandos, idq;
fiet quando Christus descendet cum voce Archangeli
& tubâ Dei, hoc est in adventu Christi, quemadmo-
dum ipsi etiam id explicant Chiliastæ & per se quoque
fatis est manifestum.

§. VI. Et ne quis dubitet, universalem hanc esse
omnium piorum resurrectionem, apertius id proba-
mus ex Joh. vi, 39. 40. 44. 54. ubi Salvator quaternis vi-
cibus asserit omnes pios esse suscitandos ἐν τῇ ἑσχάτῃ ἡ-
μέρᾳ ubi ἑσχάτην ἡμέραν esse idem tempus cum eo quo
Christus cum voce Archangeli descendet, probatur
hoc argumento:

Omnis ordinaria piorum resurrectio incidere debet
in ἑσχάτῃ ἡμέρᾳ de quâ agitur Joh. vi, 39. &c.

Resurrectio piorum de qua agitur 1. Thess. iv, est
ordinaria piorum resurrectio.

Ergo hæc resurrectio incidere debet in illam ἑσχά-
τῃ ἡμέρᾳ Johannis, cumque hæc resurrectio futu-
ra fit in adventu Christi 1. Thess. iv, 16. sequitur &
illum in ἑσχάτῃ ἡμέρᾳ Johannis incidere.

Major probatur, quia resurrectio, illa quæ fiet ἐν ἑσχάτῃ
ἡμέρᾳ omnibus piis promittitur. Ita enim Salvator ha-
bet l. c. *Hæc est voluntas Patris qui me misit, ut nihil per-
dam eorum, quæ mihi dedit (hoc est neminem piorum)
sed ut suscitem illud in die extremo, item v. 40. Quicun-
que credit in Filium Dei, habet vitam æternam, & su-
scitabo eum in extremo die, & denique v. 54. Qui edit
carnem meam & bibit sanguinem meum habet vitam
æternam & suscitabo eum in die extremo. Nec aliud di-
cit v. 44. quam quod quemcunq; Pater ad Christum
pertrahit, illum ipse sit suscitaturus in die extremo. Hæ
propositiones procul dubio sunt universales. Si or-
dinaria*

dinaria daretur piorum resurrectio, quæ non esset futura in die extremo non potuisset dicere Salvator, omnes & singulos pios in die extremo fore suscitandos. Nec obstat, quod nonnulli piorum ante extremum diem Christo moriente resurrexerint, resurrectio enim ista fuit extraordinaria, quæ universalitati futuræ resurrectionis piorum in adventu Christi nihil detrahit. Quemadmodum universaliter dicere licet: Totus ille sexies centenorum millium numerus, quos Moses ex Ægypto eduxit, in deserto fuit occisus nec terram Canaan attigit, non obstante eo quod excipiendi tamen hic sint Josua & Caleb, id quod tamen dicere non liceret, si aliquo tempore notabilis eorum numerus ad terram Canaan fuisset deductus.

Minor patet quia si extraordinaria & paucorum saltem esset illa resurrectio de qua agitur 1. Thess. iv, 16. utique non simpliciter dicere potuisset Apostolus *οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ* resurgent, sed limitandum fuisset hoc subiectum, & ad paucos saltem restringendum, sicut dicere non licet: Mortui resurrexerunt Christo moriente, sed saltem, multi mortuorum Christo moriente resurrexerunt, imo res adeo manifesta est, ut nec Chiliastæ, quod in his desiderent, reperire possint.

Evictum itaque est quod in adventum Christi incidat universalis illa omnium piorum resurrectio, quæ apud Johannem dicitur futura *ἐν τῇ ἑσχατῇ ἡμέρᾳ*, in quo etiam Chiliastas nobiscum consentire ex testimoniis sequentibus erit manifestum.

§. VII. Edidit quippe Animadvertentis nobilissima Conjux superiori anno librum, cujus titulus: *Glaubens-Gespräche mit Gott*, in cujus tertia parte omnia fere Chiliastarum secreta prodidit, cumque Dominus Maritus ejus in Animadvers. §. 34. profiteatur, omnes

omnes illos, qui de Chiliafmo aliter atque ipse, docent, ad se non spectare neque ex veritate esse, procul dubio inter illos numerari Uxorem suam haud admittet, adeoq; hujus theses marito etiam jure tribui poterunt. Docet autem hæc pag. 838. Johannes siehet in diesem Gesicht / quod commemoratur Apocal. xx. nicht nur die Seelen der Enthaupteten / als wenn keine andere zu diesem Reiche / Regno Chiliafmo, kommen würden / sondern auch die nicht angebetet haben das Thier / ob sie gleich nicht wahren alle getödtet worden; denn deine (Christi) Kinder wissen / das Alle die in dem Glauben an deinem (Christi) Namen entschlaffen sind / an diesem Reiche sc. Chiliafmo Theil haben. Et paucis interjectis: Es ist deinen Kindern gnug / das sie wissen / das du nicht einen einzigen von denen die an dich glauben / verlassen oder versäumen / sondern den Kleinen und den Grossen den Gnadenlohn geben wirst nach deiner Verheissung (id quod etiam confirmat dictis Hebr. iv, 1. Apoc. xi. 18. in margine adjectis) einem jeglichen nach dem Maass deiner Gabe / als er ein Glied an deinem Leibe befunden wird. Alle werden ein unvergängliches Reich / Regnum, Chiliafmo empfahen / 2c. Eodem modo & ipse Animadversionis Autor in epistolâ ad Theologos nonnullos de Visionibus, §. II. divinitus narrat revelatum esse nobili loco natæ Virgini, quod in regno Chiliafmo futuri sint omnes beatè defuncti. Verba Germanica sunt: Auch werden in dem Reiche seyn alle die selig entschlaffen sind 2c. in fine pag. II. edit in octav. Ex quibus testimoniis tale formo argumentum:

Quicumque mortuorum in regno millenario futuri sunt, resurgere debent ante ejus initium, adeoq; in futuro Christi adventu, hunc enim Chiliafmo ponunt

nunt paulo ante regni millenarii initium, ut patet ex Animadv. §. 29. ubi Animadvertens ait: *Tecum nul-
lum alium usquam visibilem Christi adventum credo,
quam qui fiet cum tubâ & voce Archangeli de celo
descensurus est iudicium vivorum & mortuorum insti-
tuturus, quod ante mille annos (regni Chiliaistici) fore
ostendi. Et ibidem: Ante millenarium apparitio Chri-
sti erit &c.*

At pie demortui omnes futuri sunt in regno Chiliastico, ut adducta docent testimonia.

E. Omnes pie demortui resurgere debent in futuro Christi adventu, quæ est ipsa Conclusio quarta, unde adeo & illam ex hypothesibus Chiliastrarum fluere manifestum est.

§. VIII. Hac igitur satis firmatâ, sit thesis quinta: Post illam piorum resurrectionem nulla poterit admitti alia resurrectio, in quâ etiâ resurgant pii. Probat hęc inde, quod omnes pii dicantur à Christo suscitandi, *ἐν τῇ ἑσχάτῃ ἡμέρᾳ*, Joh. VI. v. 39. seqq. ubi certus determinatur dies resurrectioni omnium piorum. Quemadmodum igitur non licet dicere: Omnes impii per diluvium sunt deleri, eo quod magnus adhuc eorum numerus post illud orbem occupavit, ita nec diceret Christus, quod omnes pios demortuos foret resuscitaturus *ἐν τῇ ἑσχάτῃ ἡμέρᾳ*, si post id tempus magnus adhuc piorum numerus morti esset succubiturus, ac M. demum annos (hoc enim temporis spatium resurrectionem secundam à primâ distare volunt Chiliastæ) post *ἑσχάτων ἡμερῶν* esset suscitandus. Sit argumentum:

Omnes in Christum credentes resurgent in die extremo, ut patet ex Joh. VI. 39. & seqq.

Quidam credentes non resurgent in die extremo sed M. annos post eum.

Qui-

E. Quidam credentes non sunt credentes, quod est absurdum. Major etiam & minor sunt propositiones contradictorie sibi invicem oppositæ, quarum prior est Christi, posterior thesios nostræ contradictoria. Prior propterea vera, posterior falsa. Et per consequens thesis nostræ quinta vera.

Ne autem quis hic opponat illos, qui in morte Christi resurrexerunt, notandum est ex ante dictis, quod sermo hic tantum fit de ordinariâ piorum resurrectione, non vero de extraordinariâ.

§. IX. Atque eandem etiam Conclusionem Chiliaſtas admittere constat ex Animadv. §. 27. ubi D. Animadvertens ita scribit: *En, nulli vivi hic (Apoc. xx. 12.) recensentur, qui judicandi erunt, (in judicio extremo post mille annos instituendo, ut præcedentia loquuntur) uti ante mille annos factum erat sed tantum mortui.* Et mors, & infernus quæ nondum sublata in pueris centum annorum, ceu semine falso Gogi & Magogi reserduo, in mille illis annis superstitionibus Ezech. XLVII. adhuc deservit, quibus finitis omnia coram vivente in seculum seculorum, Domino nostro Jesu Christo, suscitabuntur, & in lacum ardentem qui est mors secunda, conjicientur. Nam, si quis non inveniebatur scriptus in libro vitæ ille in lacum ardentem sulphureum detrudebatur Apoc. xx. 15. (ex quo tamen loco potius sequeretur, quod in illo judicio quidam non fuerint coniecti in lacum ardentem) *Ibi terra mortuorum in mille annis secundum vaticinium Esaiæ Esa. 26. 14. non resurgentium in mortem secundam ibit, quæ resurrectio non illorum est, qui ante, sed qui post millennium impletum coram judicio adhuc sistuntur, & illa dicitur in Symb. Apost. resurrectio carnis seu eorum, qui spiritu Christi, dum viverent, illo tamen se regi non passi sunt.* Hucusque D. Animadvertens ex quibus non solum patet, quod juxta ipsum

in resurrectione supremâ (aliam enim post adventum Christi & cum eo conjunctam resurrectionem, nemo unquam statuit) soli impii sint resurrecturi, omnesq; in lacum ardentem seu gehennam ignis præcipitandi, quam proinde vocat resurrectionem carnis, h. e. eorum qui in carne vixerunt, ut ita nullus ibi piorum resurrectioni locus supersit; sed etiam illud constat, quod in regno millenario pios non morituros statuunt Chiliastæ (quemadmodum etiam è Lactantio in Præfatione docet D. Animadvertens) ait enim mortem tum dominaturam esse tantum in pueros centum annorum (tempore sc. regni millenarii) per quos intelligit reliquias Gogi & Magogi, unde adeo si omnes pii jam in adventu Christi resurrexerunt, post illum vero in regno millenario nulli amplius pii moriuntur, sponte sequetur, quod nulla detur piorum resurrectio, post illam quæ futura est in adventu Christi. Eodem etiam tendit, quæstio illa quam D. Animadvertens movet §. 12. *Ubinam, inquit ibi, spiritualiter resurgentes cum Christo mille annos vixerunt aut regnarunt? cum nemo fidelium mille annos unquam vixerit?* Qua quæstione nihil aliud vult, quam D. Johannem in Apocalypsi tales mille annos determinare, quos singuli piorum vivendo expleant, ut inde inferat hos mille annos nondum esse præterlapsos. Expectant itaq; Chiliastæ tale regnum millenarium, in quo fideles non sint morituri, ut adeo maneat, post resurrectionem in adventu Christi, aliam piorum resurrectionem non dari.

§. X. Idem fere docet Uxor D. Animadvertentis in colloquiis fidei p. 790. *Da / tempore millenarii regni wird der Tod nicht mehr seyn in der Stadt Gottes / wovinnen diese Kinder / filii resurrectionis primæ, wohnen / und eine Hütte Gottes bey den Menschen seyn werden.* Ja

Ja der Tod wird zur selben Zeit auch nicht mehr herrschen können über das Jerusalem auf Erden. Denn ob er gleich zur selbigen Zeit noch nicht aufgehoben ist/ sondern erst nach den Apocalypischen M. Jahren/ wenn du dem Vater das Reich überantworten wirst/ aufgehoben/ und in den feurigen Pfuhl geworffen wird; so wird er doch in den verheissenen Jahren keine Macht über den heiligen Berg und über die Kinder Jerusalem haben/ sondern allein über die gesalzene Teiche und Lachen/ so daneben sind. Ezech. XLVII. Die Kinder von C. Jahren (reliquia Gogi & Magogi ut explicuit supra Maritus) sollen sterben/ und die Sünder von C. Jahren sollen verflucht seyn/ den über solche wird der Tod noch herrschen/ weil sie seines Theils sind. Aber deinem Israel (Ecclesiae in terris) wirstu langes Leben verlethen/ in dem Lande das du ihnen geben wirst/ gleich wie du ihnen vor- mahls verheissen &c. quo trahit promissionem de longævitate quarto decalogi præcepto additam Deut. V. 16. quam tamen perperam huc trahi vel inde constat, quia Judæis tum existentibus præceptum colendorum parentum jam injunctum est, unde & illos ejus promissio debet concernere. Quomodo autem hanc promissionem adipiscantur, si illa agat de longævitate in regno chiliastico? illa quippe impleri tantum poterit in illis, qui regnum chiliaasticum vivendo attingent, (ut jam ex hypothesi chiliastarum ita loquar) & ecclesiam in terris constituent, huc autem pervenire non poterunt Judæi fideles, qui tempore Mosis vixerunt, si enim vel maxime & illi regnum Chiliaasticum ingrediantur, debent tamen cum filiis primæ resurrectionis in æternitatem deduci, juxta Animadv. §. 8. nec in differentia temporis, ut ibi docet D. Animadvertens, constituti erunt, unde longævitas iis nulla competet; sed redeundum est ad institutum.

§. XI. E dictis igitur satis manifestum esse puto, quod juxta Chiliaſtarum etiam hypotheſes, poſt reſurrectionem piorum in adventu Chriſti, non alia relinquatur piis reſurrectio, quo ita firmato ſit Aſſertio ſexta: Cum illa reſurrectione piorum in adventu Chriſti futura, conjuncta erit etiam reſurrectio impiorum, eaq; ſimul eodem momento fiet. Probatu hoc ex Joh. V. 28. *Venit hora, in qua omnes qui in ſepulchris ſunt, audient vocem ipſius, (Filii hominis) & exhibunt, qui bona fecerunt, ad reſurrectionem vite; qui vero mala fecerunt, ad reſurrectionem judicii.* Unde tale formo argumentum:

In quacunq; reſurrectione pii reſurgent, illa incidit in adventum Chriſti.

In reſurrectione autem de qua agitur *Joh. V. 28.* pii etiam reſurgent; Ergo

Reſurrectio hæc *Joh. V. 28.* incidit in adventum Chriſti, cumq; in hac etiam impii ſint reſuſcitandi, pertinebit quoq; reſurrectio in adventu Chriſti ad impios.

Major pendet ex Concluſione quinta, ubi demonſtratum eſt, quod poſt reſurrectionem in adventu Chriſti inſtituendam, non detur alia piorum reſurrectio; ante illum autem adventum multo minus poni poterit talis reſurrectio de qua *Joh. V. 28.* agitur, cum nec ipſi Chiliaſtæ hoc admiſſuri ſint, ut adeo reſurrectio omnis futura, qua piis tribuitur, collocanda ſit in tempus futuri adventus Chriſti.

Minor apertiffime in textu l.c. habetur, itaque concluſio negari haud poterit.

§. XII. Atque hic quoque ex parte conſentientes nobis videri volunt Chiliaſtæ, ſtatuunt enim præcipuos etiam impiorum, quos appellant hædos mundi, tempore

pore adventus Christi, resurrecturos esse, ut in sequen-
 tibus ostenderur. Sed non amplius hic agnoscendus est
 illorum consensus, cum diversis temporibus statuunt
 resurrecturos esse pios ac impios, & impios quidem
 LXX. dies post piorum resurrectionem, ut habet A-
 nimadv. §. 19. Verba sunt: *licet crudeles illi & sangvi-
 nolenti tyranni post factam sanctorum resurrectionem,
 LXX. circiter dies post, maledicta corpora sua accipi-
 ant, & in lacum ardentem cum bestiâ & Pseudoprophe-
 tãruant.* At simul pios cum impiis suscitatum iri aper-
 te ex eo patet, quod Salvator apud Johannem l. c., uni-
 eam horam determinet resurrectioni & piorum & im-
 piorum: eadem enim hora est, in qua illi qui ad vitam
 resurgunt, & illi qui resurgunt ad iudicium vocem
 Christi suscitantis audient. Notandum igitur, quod
 Scriptura quidem de piorum resurrectione haud raro
 seorsim sermonem instituat, nullâ mentione impiorum
 resurgentium facta, ubi tamen non sequetur quod soli
 pii aliquam resurrectionem sibi propriam habituri sint,
 cum unius inclusio non fit alterius exclusio, qua de re
 plura in sequentibus.

§. XIII. Assertio septima: Resurrectio mortuo-
 rum in adventu Christi futura, erit universalis.
 Probatur hoc tali argumento:

Resurrectio de quâ Salvator loquitur *Joh. V. 28.* est u-
 niversalis;

Resurrectio in adventu Christi futura est illa ipsa re-
 surrectio: Ergo

Resurrectio in adventu Christi futura est universalis.

Major ex ipso textu evidenter patet, dicit enim Christus
πάντες ἐν τοῖς μνημείοις, ut indicetur, omnes qui illo tem-
 pore in sepulchris adhuc quiescent, tum resuscitandos
 esse. Nec obstat, quod in loco parallelo *Dan. XII. 2.* pro

voce Omnes, habeatur Multi; Multos enim saepe pro omnibus poni, Nostrates jamdudum contra Reformatos demonstraverunt. vid. *Rom. V. 19.* &c. Cum itaque vox omnes particularitatem apud *Job. V. 28.* induere nequeat; voci Multorum vero universalitas non repugnet: manifestum est, locum *Dan. XII. 2.* esse explicandum per locum *Job. V. 28.* non vero hunc per illum.

Minorem ita probo:

Nulla datur piorum resurrectio extrà illam quæ futura est in adventu Christi.

At Resurrectio de quâ agitur *Job. V. 28.* est etiam piorum resurrectio, ut in textu aperte dicitur.

Ergo Resurrectio *Job. V. 28.* eadem erit cum resurrectione piorum in adventu Christi futurâ.

Major constat, cum ante adventum Christi nec ipsi Chiliaistæ aliquam credant resurrectionem mortuorum, post adventum Christi vero nullam dari amplius piorum resurrectionem evictum sit in thesi quintâ.

§. XIV. Atque ita apparet, rectè in Programmate Summè Venerabilis Domini Præceptoris positum fuisse, quod visibilis Christi è cælo adventus cum universali resurrectione carnis sit conjunctus, quicquid etiam hic indignetur D. Animadvertens §. 29. Nec est quod hic objiciat, locum illum 2. Tim. IV. 1. *Obtestor coram Deo & Domino Jesu Christo qui judicaturus est vivos & mortuos in illustri suo adventu,* in Programmate adductum, non conjungere cum adventu Christi universalem carnis resurrectionem, sed judicium saltem vivorum ac mortuorum. Quamvis enim universalis hæc resurrectio in allato dicto non contineatur *κατὰ πρός*, poterit tamen per bonam consequentiam ex eo deduci, cum judicium vivorum & mortuorum non possit haberi nisi mortuis resurgentibus, unde illud judicium

citum in adventu Christi instituendum præsupponit jam & infert aliquam mortuorum resurrectionem quæ collocanda sit in eodem adventu Christi. Hanc autem non esse posse nisi universalem, assertionem præcedente evictum est.

§. XV. Assertio octava: Nulla igitur expectari adhuc poterit particularis mortuorum resurrectio. Etenim si talis daretur extrâ illam universalem, aut in eâ resurgerent *quidam saltem pii* quod fieri non posse supra n. VI. est ostensum, ubi argumento evidenti evictum fuit quod omnis ordinaria (de tali enim saltem, jam loquor nam licet conclusio de extraordinariâ resurrectione non minus vera sit, de illâ tamen ex præmissis principiis non potest demonstrari, sed ex eo quod Scriptura nullius adhuc futuræ extraordinariæ resurrectionis mentionem faciat) piorum resurrectio incidere debeat in diem extremum, in eo autem resuscitabuntur non quidam ex piis, sed omnes pie demortui, & quidem uno actu, velut ibidem ostensum fuit. Aut porro resurgent *omnes pii* impiis M. adhuc annos in sepulchro relictis, quod est contra Assertionem sextam, quæ tamen sufficienter confirmata est n. XI. ex apertissimo Christi dicto Joh. V. 28. Aut resurgent *omnes pii cum quibusdam impiis* id quod est contra Thesin septimam, ubi resurrectionem piorum cum impiis universalem esse ostensum est, ex eodem dicto Joh. V. 28. Aut deniq; *quidam impii tantum* quod eodem modo impingit in conclusionem septimam, quæ omnes impios eodem actu cum omnibus piis in adventu Christi suscitandos esse demonstrat.

§. XVI. At, videor mihi adversæ parti addictos, nescio quid, subsufurrantes audire de hypothese illa, quam cum Quakeris communem nonnulli eorum fovent,

vent, juxta quam non omnes qui absque veri Dei, veræque religionis notitia olim fuerunt demortui, censentur damnandi, prout etiam revelatum esse Nobili Virgini, in Epistola de Visionibus narrat D. Animadvertens §. 32. Verba, quæ Salvator illi dixisse fertur, hæc sunt: Die unwissenden Bößker aber verwerffe niemand schlechter dinges / denn wer wil sie richten als ich? Und mein Richten ist gerecht / und darûm werden sie nicht gerichtet zum ewigen Verderben / sonst wäre ich nicht gerecht. Ex hac hypothese possent dicere, resurrectionem de quâ agit Joh. V. 28. esse supremam illam, in quâ etiam si fideles nulli, multi tamen alii ad vitam æternam resurgent, illi scilicet, qui infidelium vitam civiliter probatam vixerint, nihil itaq; id obstare, quominus M. annos ante hanc resurrectionem omnes jam resurrexerint in fide demortui, nulliq; post eam resurrectionem pii & fideles obierint.

§. XVII. Verum, quis non videt, Quakerianam hanc hypothese adeo absurdam esse, ut nihil unquam sacris literis magis possit esse contrarium? Imo hoc ipsum est dogma, cujus revelatione adeo turpiter se, dedit Spiritus ille harum, quæ in memoratâ Epistolâ continentur, prophetiarum autor, ut vel pueris palpabile hinc esse possit, eundem nihil minus esse quam Spiritum Christi. Quippe nunquam eo nos deducere, vel sexcentis visionibus valebunt Enthusiastæ, ut delinamus cum D. Petro credere, quod in nullo alio (quam in Christo) salus sit, nec aliud nomen sub cælo sit datum inter homines, in quo nos salvari oporteat *Actor IV. 12.* Et quid clarius est quam categorica Salvatoris assertio: *Qui non crediderit, condemnabitur?* Marc. xvi. 16. Quid apertius axioma Apostolico: *Sine fide impossibile est placere* (sc. Deo ut præcedentis versiculi col-

collatio docet) Hebr. xi. 6. At quomodo Gentiles in idololatricâ religione demortui, ac veritatis Evangelicæ plane ignari, credere potuere in eum de quo nihil audiverunt? uti non immerito interrogat ipse Apostolus *Rom. x. 14.* à qua tamen quæstione infantes & præter eos neminem excipi debere ex aliis Scripturæ locis manifestum est, qua de re pluribus hic ut agatur, instituti ratio non admittit. Vanum igitur est, quicquid de Infidelium salute Spiritus ille fuit nugatus, unde non nisi prorsus inepte ad hoc asylum se convertent, qui præcedentium argumentorum ictum declinare conabuntur.

§. XVIII. Atque hæc de mortuorum resurrectione sufficiant, ex quibus apparet, quod *una tantum & universalis ac suprema adhuc mortuorum resurrectio sit expectanda*, ut adeo manifestum sit, quicquid de geminâ resurrectione corporum Chiliastæ statuunt, veritati fidei plane adversum esse Jam sequitur aliud adventus Christi adjunctum explicandum, de quo sit Assertio nona: Adventum Christi, resurrectionemque mortuorum excipiet universalis destructio, seu *πανολεθρία* cœli ac terræ. Hoc luculentissime prædicitur 2. Petr. III. 10. *Veniet dies Domini, tanquam fur in nocte, in quo cœli προζηδόν*, (procellæ in morem, h. e. maximo cum fragore) *transibunt.* (in v. 12. parallelo dicitur *πυρούμενοι λυθήσουσι* incensi dissolventur) *& elementa aestuantia liquefcent* (τίμειαι v. 12.) five in prima sua principia resolventur: *Terra, & opera omnia, quæ sunt in illâ, comburentur.* Ubi de die adventus Christi sermonem esse patet ex v. 4. Disputat enim Apostolus contra eos, quos ibi ita loquentes introducit: Ubi est promissio adventus Ipsius? Atque ita in hujus diei determinatione ipsos etiam Chiliastas

G statue-

statuere, non suppressit D. Animadvertentis Uxor, quæ mentem suam hac de re in Glaubens Gespr. p. 951. ita exponit: du (Jesus) wirfst auch den Himmel als eine Creatur verneuen und verherrlichen/ in dieser so herrlichen Zeit (regno Chiliastico) zur Freude der Kinder Gottes/ die mit dir leben und regieren werden/ wiewol die gântzliche Verneuenung und Verherrlichung erst nach Vollendung deines Reichs auff Erden geschehen wird/ da für dem Angesicht des der auff dem weissen Stuhl von deinem Johanne Apoc. xx. ii. gesehen worden/ die Erde und der Himmel stiehen/ und das bewegliche wird verändert werden/ auff daß da bleibe das unbewegliche. Hebr. xii. 27. Solches fasset dein lieber Petrus zusammen wen er saget/ das solche Veränderung (non autem immutationem sed totalem destructionem a D. Petro l. c. prædici ex ipso textu satis apparet) des Himmels und der Erden am Tage deiner Zukunft geschehen werde/ 2. Petr. III. 8. 10. am Tage deiner Hochzeit/ welcher 1000. Jahre wâhren soll. Denn es werden auch im Anfang solches 1000. jährigen Tages/ die Elementen durch deine Kraft bewegt werden/ und viele Zeichen und Wunder an der Sonnen/ Mond und Sternen geschehen/ Matth. xxiv. 29. auch werden der Himmel Kräfte sich bewegen/ die Menschen zur Buße zu locken/ wenn sie sehen werden/ wie sich die Natur wird untereinander treiben/ bis endlich durch dein allmächtiges Wort die Ruhe geboren wird/ auch in der Natur; den da wird eine Stille werden/ so lange bis dieser 1000. jährige Tag zum Ende ist/ da werden die Elementen ausfahren und geleutert werden von dir durch das Feuer/ alsden bleibet das Gute vor dir/ in deiner heiligen Gegenwart/ und wird der neue Himmel und die neue Erde völlig von der Beweglichkeit befreit.

befreyet
sie im
ret zu we
erung tw
rem com
adventus
trus l. c.
initialis
lutum
raturu
tionem
commu
summu
man p
vint M.
rum m
Don
Sold
sprich
men v
mels u
(apud
Cætera
f.
D. Petri
adventus
verba
et, quod
mentis pr
dita subje
significati
nariam di
onemque

befreyet werden/ und werden ganz neu seyn/ gleich wie sie im Anfang deines Tages nur angefangen verneuet zu werden/ und am Ende dieses Tages in der Erneuerung werden vollendet werden. Mens ejus, paucis ut rem complectar, huc redit, quod in die Domini seu adventus Christi implenda quidem sint ea, quæ D. Petrus l. c. prædicit, sed ita ut impletio tantum sit quasi initialis, plenaria vero impletio secutura sit post absolutum adventus Christi diem, quem per M. annos duraturum esse statuit. Ultimam autem illam impletionem verborum D. Petri non in destructione, sed in commotione, immutatione & perfectione usque ad summum gradum, vult consistere, eamque tum demum per ignem fore instituendam, cum finiti fuerint M. anni regni chiliastici, existimat. Nihil horum meum facio, præter unicum illud, quando diem Domini per diem adventus Christi explicat, verbis: Solches fasset dein lieber Petrus zusammen/ wen er spricht 2. Pet. III. 10. das solche Veränderung (quæ tamen vox apud D. Petrum l. c. non habetur) des Himmels und der Erden am Tage deiner Zukunft/ (apud D. Petrum extat dies Domini) geschehen werde. Cætera Chiliastis relinquo.

§. XIX. Postquam ergo constat, quod in adducto D. Petri loco per diem Domini intelligendus sit dies adventus Christi, ulterius urgeo expressa D. Petri verba *ροίζηθῶν παρελεύσεσθαι, λυθήσεσθαι, κατακαήσεσθαι, κηκεῖσθαι, πυρῶσθαι*, quæ loco adducto de cælo, terra & elementis prædicantur, in futuro adventu Christi circa dicta subjecta in actum deducenda, quæque vi nativæ significationis non possunt aliud denotare quam plenariam dissolutionem in prima principia, conflagrationemque & totalem interitum, quemadmodum vel

mediocriter Græci idiomatis peritis manifestum est, ut ita nullus immutationi aut commotioni locus relinquatur. Nec est, quod hic in suam partem producat D. Animadvertentis Uxor illud Apostoli Hebr. XII. 26. seqq. *Nunc denunciavit dicens: concutiam adhuc semel non terram solum sed etiam cælum.* Hanc enim promissionem ipse de temporibus N. T. explicat, & jam impleri asserit: Opponi enim hic tempora annunciati Evangelii tempori promulgatæ legis patet ex v. 25. Cum itaq; tempus promulgatæ legis sit illud quo terra commota est juxta v. 26. erit tempus relative huic oppositum, quo adhuc semel commovendi sunt cæli & terra, nullum aliud quam illud quo annunciatum est a Christo ipsum Evangelium, h. e. tempus N. T. in quo etiam cælos esse commotos historia Nativitatis Christi, & baptismi ejusdem, nec non illa tonitru similis cæli commotio *Job. XII. 28. 29.* descripta luculenter ostendunt, terram autem commotam esse in morte Christi, non minus notum est. Quæ autem v. 27. dicuntur, non agunt de immutatione & perfectione hujus universi, sed cultum Leviticum concernunt & legem ceremonialem, quæ expositio est B. D. Horneji.

XX. Sed cum ab hac Expositione multi ex Orthodoxis, & inter eos quoque D. Schmidius in comment. in h. l. abeant, illa forte urgeri adeo non poterit. Interim nihilominus etiam si cum laudato D. Schmidio concedatur, verba hæc Apostoli ad secundum Christi adventum pertinere (ut sensus verborum Haggai ex cujus *cap. 2. v. 7.* hæc allegat Apostolus sit hujusmodi: Sic dixit Dominus Messias, qui venturus est olim in carne: Ad huc unâ vice, & parum illud est seu non procul est, præstabo & implebo opus magnum illud Messianum, quod terminaturus sum in commotione

tione & transmutatione cœli & terræ & maris & aridi, & in isto opere commovebo omnes gentes &c.) etiam si hoc, inquam concedatur (potius enim, quas- cunque etiam missas fecerim meas ratiunculas, in alte- ram partem aliàs me tracturas, quarum non minima est, quod Propheta dicat non procul est, ceu B. Luthe- rus & D. Schmidius explicant, atque ita commotionem cœli & terræ in adventu Christi futuram prope esse as- ferat; quantum autem à reditu Judæorum e Babyloni- cã captivitate adhuc distat secundus Christi adventus! Hoc tamen, & si quid aliud rationis hic subsit pro B. Horneji sententia, potius plane, inquam, nihili æstima- verim, quam tanti Viri, expositiones ausurus fuerim rejicere, aut iisdem me opponere) parum tamen ex illâ quoque explicatione præsidii habitura est Dni. A- nimadvertentis Uxor. Commotio enim & transmu- tatio in cœlo & terrâ tum idem debent esse, quod apud D. Petrum sunt Conflagratio, Dissolutio & Interitus, τὸ παρέρχεσθαι). Jam quæro, utrum posteriores hi ter- mini per illos priores, an illi per hos sint explicandi? Sane termini in Epistola D. Petri nunquam eam ad- mittent significationem, ut coincidant cum commotio- ne & transmutatione, adeoque necesse erit, ut illa po- tius per conflagrationem, dissolutionem, & interitum, exponantur, neque enim hæc sine ingenti commotio- tione cœli & terræ in adventu Christi in actum deduci poterunt. Et quidem transmutatio ipsa in Epist. ad Hebr. dicitur μεταθεσις τῶν σαλευμένων ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνη τὰ μὴ σαλευόμενα ut manifesto appareat, talem hic intelligi transmutationem quæ cum totali destructio- ne coincidat, si enim cœlum & terra ita saltem diceren- tur transmutandâ, ut essentia utriusque salva maneat, aut neutrum plane deleatur tum manerent ipsa τὰ σι-

ἀλόγητα, sc. quæ per commotionem fuerunt immutata. At jam Apostolus dicit, id quod mansurum est, esse *αὐτὸ ἀλόγητον*, aliud itaque erit quod post transmutationem cœli & terræ manebit, quam ipsum hoc cœlum & terra, unde utriusque horum transmutatio cum totali destructione coincidet. Quam consequentiam etiam agnoscit & urget nunquam satis laudandus D. Schmiddius in Comment. ad h. l. unde hanc *μετάθεσιν* appellat transmutationem in non-ens, seu ut res non amplius quicquam maneat.

§. XXI. Ut autem evincat D. Animadvertentis Uxor, in adventu Christi cœlum non plane interiturum, adducit etiam in verbis ante allatis illud Matth. xxiv. 29. ubi dicitur circa adventum Christi solem & lunam suum splendorem esse amissura, & stellas cœlo delapsuras viresque cœlorum se esse commoturas. Non jam illi opponam, quod, juxta magni nominis Exegetas haud paucos, omnia hæc in sensu mystico sint accipienda, forte enim & hic Chiliastræ reposituri essent, eos omnes sibi æquè suspectos esse ac ipsum Dominum Præceptorem, veluti de multis Ecclesiarum nostrarum optime meritis Doctoribus jam pronuntiavit D. Animadvertens §. 14. Novi, loquitur ibi ad summè Venerabilem Dominum Præceptorem, *quosdam illam ipsam distinctionem (librorum N. T. in Protocanonicos & Deuterocanonicos) u-surpasse, sed ad eos appellare non poteris cum æquè mihi suspecti sint ac tu ipse*, inter quos tamen præter D. Lutherum quoscunque fere, qui Systema vel compendium aliquod Theologicum conscripserunt numerare possumus, ut Bechmannum in Annotat. ad Hutterum, Dietericum in Catecheticis institutionibus, ubi libros Deuterocanonicos vocat Apocryphos, secutus B. Ha-

fen-

fenreferum Locor. Theol. l.i. Loc. iv. p. m. iv. 140. imo plures orthodoxi alii, si necessum esset, adduci possent.

§. XXII. Ut autem ad rem propositam revertar, dico posse admitti, ut propriè explicentur verba Salvatoris apud Matthæum ante allata, at illorum quæ ibi prædicuntur, nihil tale est, ut simul stare nequeat cum totali destructione cæli ac terræ. Sicut ergo ista *πρω-λαεθρίαν* hanc non includunt, aut inferunt; ita eandem, nec excludunt, cumq; e D. Petro aperte demonstrata sit hæc mundi destructio in adventu Christi futura, nihil est quod contra eam locus ille Matthæi objiciatur. Illud hic prætereundum non est, quod circa sensum etiam horum Christi verborum, suo, per nobilem Virginem, loquenti Spiritui, quæstionem moverit D. Animadvertens, ceu testatur ejus Epistola de Visionibus §. 26. Hujus responsionem si inspicias, fanatici cujusdam Böhmistæ eandem esse juraveris. *Wahrlich/ inquit ibi, ich sage es dir/ es werden viel Zeichen am Himmel geschehen: denn die Natur wird sich bewegen/ und sich durch einander treiben/ bis endlich durch mein allmächtiges Wort die Ruhe geboren wird auch in der Natur/ also werden auch die weisen Sonnen/ die sich weise düncken/ und die da wollen helle Sternen seyn/ sich mit der Natur bewegen/ den sie sind unter der Natur/ und werden sich untereinander treiben im Grimm/ Bosheit/ Morden und dergleichen/ und werden fallen/ verleschen und finster werden &c.* Ubi primo impingitur in Axio- ma illud universale, quod Deus in quovis Scripturæ dicto unum tantum intenderit sensum, quemadmo- dum hoc alias in omni humano sermone observatur. Deinde verbis Christi sensus tam absurdus affingitur, ut nemo rationis adhuc particeps talem admittere possit explicationem. Christus loquitur de Sole; Spi-
ritus

ritus glossator de tumidis sapientibus. Quæ hic cognatio vel analogia? Christus de uno tantum individuo; Spiritus de innumeris loquitur. Quam congrua interpretatio? Hoccine est officium boni Exegetæ (qui textui nihil inferre sed omnia ex eodem efferre debet) observare? Imò, interrogatus erat Spiritus, num propositum dictum Christi in sensu literæ an vero in sensu mystico sit exponendum. Respondet autem ita, ut maneat eadem adhuc quæstio, cum de verbis Christi nihil determinet, sed prophetiam quandam novam illisq; plane dissimilem tantum adjungat.

XXIII. Apparet autem ex ante dictis, quod in die adventus Christi necessario ponenda sit cæli ac terræ universalis destructio ac conflagratio. Jam expendendum est alterum illud effugium quo D. Animadvertentis uxor, cælum & terram ex hisce flammis eripere & per M. annos utrumque post adventum Christi conservare annititur, ne sc. regno Chiliastico suus ante ipsius initium, locus subducatur. Dicit enim, ut verba ante allata habent, ipsum diem adventus Christi M. annos durare, adeoque, quæ in die adventus Christi futura dicuntur apud D. Petrum, nempe conflagratio, dissolutio, interitus & liquefactio, cæli, terræ, elementorumque, eadem adhuc posse in fine hujus diei collocari, h. e. M. annos post initium adventus Christi protrudi. Huic exceptioni oppono, quod illa cum propriis ipsius hypothesebus consistere nequeat. Quæro enim, quidnam intelligendum sit per cælum illud novum terramque novam, quæ cælo terræque conflagraturis opponit Apostolus I. c. 2. *Petr. III. v. 13.* Respondet Uxor D. Animadvertentis Glaubens. Gespr. pag. 950. ita: *Es ziele aber dein/ Christi/ Geist mit dem neuen Himmel und der neuen*

neuen
bave
ge Zion
einen n
nach de
anricht
ad regn
cari co
hac ab
nancur
fens o
de suc
va. C
II. 12. c
millenn
ira jam
dies a
post e
suum
X
advent
nullo S
tum re
termini
ra locis,
versam il
v. 8. dica
diem, &
nim hæc
probet qu
varas Cl
nec illus
ostendi.

neuen Erde/erstlich in geheimen Verstande auf das sicht-
bare Jerusalem/wenn du König seyn wirst auf dem Ber-
ge Zion/und für deinen Aeltesten in der Herrlichkeit/da du
einen neuen Kirchen-Himmel und ein neues Regiment/
nach den Untergang der Thierischen Reiche/ auff Erden
anrichten wirst. Cæcus sit, qui non videat, omnia hæc
ad regnum Chiliaasticum spectare, atque in eo collo-
cari cælum illud terramque novam. Cum autem
hæc ab Apostolo cælo & terræ conflagrantibus oppo-
nantur, manifestum est, quod ante horum ortum, præ-
sens cælum ac terra conflagrare debeant, ut iis dein-
de succedere possit novum illud cælum & terra no-
va. Conflagratio igitur & quæcunque 2. Petr. III. 10.
11. 12. dicuntur, præcedere debent regni Chiliaastici
millennium (liceat enim ex hypothesi Chiliastarum
ita jam loqui) ac proinde cadit tota exceptio, qua
dies adventus Christi per M. annos porrigitur, ut
post eos absolutos demum conflagratio mundi locum
suum fortiatur.

XXIV. Deinde respondeo, falsum esse, quod dies
adventus Christi M. annos sit expleturus, hoc enim ex
nullo Scripturæ loco constat, ubi vero Scriptura cer-
tum rei cuidam determinat diem, a proprio, quem **NB.**
termini gignunt conceptu, sicut in omnibus Scriptu-
ræ locis, temere nobis discedere non licet. Neque ad-
versam illud tuebitur sententiam, quod D. Petrus l. c.
v. 8. dicat M. annos coram Deo esse tanquam unum
diem, & unum diem tanquam M. annos: Apostolus
enim hæc verba eum saltem in finem interjicit, ut
probet quod v. 9. dicturus erat, non vero ut diei ad-
ventus Christi M. annos durationis determinet, cum
nec ullus apex, qui eo tendat, in allatis verbis possit
ostendi. Est enim Apostolo in hoc capite res cum
D quibus

quibusdam illuforibus & Epicureis, ultimum iudicium & futuram mundi conflagrationem negantibus. Illi maxime ex eo principio, quod adventus Christi de die in diem differretur, & omnia manerent, ut fuerunt antea, nec ullum futuræ destructionis præfagium ullibi appareret, concludere volebant, mundum, hunc ita in æternum duraturum, & adventum Christi frustra expectari. Horum rationes cæteras refutavit Apostolus v. 5. 6. 7. illam vero de diurnâ adventus Christi dilatione resolvit v. 8. & 9. & quidem ita, ut doceat, quamvis videatur nobis adventus Christi in longa adhuc differri tempora, a parte Dei tamen aliam hic esse rationem, utpote, cui in æternitate constituto, longiffima apud nos annorum atque seculorum spatia, sint tanquam minima temporum momenta, adeoq; apud Deum nullam esse adventus Christi dilationem, ut ut nobis idem per aliquot etiam secula procrastinari videatur. Imo ipse D. Animadvertens §. 8. docet illis falsum, qui in fluxu æternitatis vivunt, M. annos unum, facere diem: At terra in regno Chiliaftico, cum adhuc in differentia temporis constituta fit, non poterit gaudere dilatione suæ conflagrationis per M. annos post adventum Christi, ita, ut tamen in ipso die adventus conflagrare, quemadmodum fit à D. Petro l.c., verè dicatur.

XXV. Ulterius notandum, quod Scriptura, cum dicit, unum diem coram Deo esse tanquam M. annos, hoc non simpliciter ita velit intelligi, sed potius per *συγκατάβαση* hæc loquatur, ad captum nostrum se accommodando: Siquidem nos fluxum æternitatis, ubi nihil est præteritum vel futurum, nihil pri⁹ vel poste⁹; sed omnia durationis momenta quasi simul sunt & præsentia, non nisi collatione temporis apud nos factâ, concipi-

concipe
Si enim
mundi
rationem
terea elat
numero
sci, atq;
res, esse
finit
tione
tiplica
super
ista pr
propri
dam in
ultra d
pro
Script
nobis
cum M.
licebit,
raturus.
X
actum
dicio re
fiones d
extrema
tus Chri
braturo
lum inte
ras conste
quandiu
est, horu

concupere, & ne sic quidem omnino assequi valemus. Si enim, v. g. illud æternitatis, quod a tempore conditi mundi usque ad hoc seculum se, ut ita loquar, extendit, rationem aliquam haberet ad illud temporis, quod interea elapsum est, utique tota æternitas in partes, licet numero infinitas, at mensurabiles tamen, posset dispesci, atque sic in quantum aliquod infinitum degeneraret, essetque idem quod fluxus temporis nunquam desinentis, quod est absurdum. Imo sic posset, ex definitione rationis mathematicæ tempus hoc tam diu multiplicari, donec aliquam æternitatis partem quantitate superaret, quod est æque absurdum. Hinc possemus, si ista proportio diei in æternitate ad M. annos temporis proprie foret intelligenda, determinare, quot dies Adam in æternitate jam vixerit, quatuor scilicet dies & ultra dimidium. Quis vero talem loquendi modum pro vero esset admissurus? Multo minus ergo, cum Scriptura, ut rudem aliquem æternitatis conceptum nobis pro captu nostro imprimat, diem æternitatis cum M. annis temporis comparat, nobis inferre inde licebit, quod dies adventus Christi per M. annos sit duraturus.

XXVI. Hactenus de hujus universi destructione actum fuit; antequam vero ad theses de extremo iudicio revertar, prius inserendæ erunt quædam conclusiones de statu generis humani & Ecclesiæ, usque ad extremam mundi destructionem, quam in die adventus Christi futuram esse demonstratum est, perpetuo duraturo, quæ tamen ita proponi debebunt, ut non solum ante adventum Christi perpetuo eas manere veras constet, id enim Chiliastas non adeo feriret, sed ut quamdiu genus humanum, & Ecclesia in terris futura est, horum veritatem nunquam infringi posse certò

appareat. Sit ergo Assertio decima: Ante adventum Christi, universalemque mundi destructionem, seu quamdiu Ecclesia in terris erit, nullum tempus expectari potest, quo pii floreat omni felicitate, atque immunes sint ab omnibus malis & afflictionibus. Ratio manifesta est, quia tum demum redemptionem nostram à calamitatibus adesse dicit Salvator, cum ipse Filius hominis venturus est in nube, cum magnâ potentiâ & gloriâ *Luc. XXI. 27. 28.* Non autem prius eum venturum esse quam totum hoc universum flammis concremetur & destruat, ex præcedenti conclusione indubium est.

XXVII. Sed forte dicent Chiliastæ petitionem principii esse, si quis thesin controversam, etiam ex ipsius opinione satis firmiter demonstratam, adhibere velit ad aliam controversam demonstrandam. Ad eoque ex abundantia (quamvis opus haud esset, quæ enim demonstrata sunt, pro controversis amplius haberi nequeunt, nisi prius eversa sit demonstratio) poterit proposita Assertio probari ex 2. *Tim. III. 12.* OMNES, quicumque pie volunt vivere in Christo, debent persecutiones pati. Nihil hic limitatur sed simpliciter de omnibus piis pronuntiatur, quod debeant pati persecutiones, cujus dicti veritas quamdiu Christiani in terrâ vivent, obtinebit. Contradicit itaque apertissimo Dei Verbo, si quis statuatur, tempus adventurum esse, in quo pii in hoc mundo vivant absque persecutionibus, ita ut, qui interea nascantur, omnium malorum sint & maneat expertes. Quin adeo universale hoc est, ut docente Apostolo *Rom. VIII. 29.* nemo (ex adultis scilicet) possit *cum Christo glorificari, nisi prius eidem similis factus sit in cruce.* Quos enim Deus, dicit

cit ibi, r
sint) hos
magini
35. 36, ut
calamita
primog
mitares
ret, ne
bere,
lesque
quis v
caros
sint, q
man os
fictio
pars v
ange
Vener
eamqu
nes intr
tio tant
aliam v
esse or
se expe
aliud ip
ab omni
regnum
que obt
si regnu
ut non a
Arcum r
Ecclesiar

cit ibi, *προέγνω*, præscivit, (sc. quod in fide permansuri sint) hos omnes etiam prædestinavit, ut sint similes imaginem Filii sui, seu ut patet ex collatione v. 17. 18. 28. 35. 36, ut eodem modo atque Christus intempore hoc calamitates patiantur, ut ita Christus etiam hac ratione primogenitus sit inter suos fratres, quod scilicet calamitates omnium maximas, perpeßus est. Hinc apparet, neminem adulatorum posse Christum Fratrem habere, nisi ipsi similis fiat in ferendis afflictionibus, talesque Christianos *ἀπαθείς* (si hujusmodi fideles sibi quis velit fingere) non esse a Deo vocatos aut justificatos ex v. 30. nec prævisos quod in fide permansuri sint, quippe quæ tantum illis in capite hoc VIII. ad Romanos attribuuntur, qui Christo hic similes fiunt in afflictionibus. Conferatur iterum v. 17. & 18. imo tota pars posterior Capitis hujus nucleum fere totius Evangelii continentis.

XXVIII. Opposuit hanc etiam thesin Chiliastis Venerabilis Dnus Præceptor in edito Programmate, eamque firmavit ex *Act. XIV. 22. Per multas afflictiones intrare nos oportet in regnum Dei*, atque illa probatio tantum valuit, ut ipse D. Animadvertens §. 33. non aliam viam nobis ad regnum Dei præter viam crucis esse ordinatam, concedere coactus fuerit. Interim ita se expedire laborat, ut dicat, aliud esse viam ad regnum, aliud ipsum regnum; in ipso enim regno posse fideles ab omni afflictione immunes esse, ita ut via tamen ad regnum non detur nisi calamitatum vepribus undique obstructa. Possset quidem hæc sufficere responsio, si regnum quod nobis obtrudunt Chiliastæ tale esset, ut non amplius in illo nascerentur homines fideles. At cum regnum illud chiliasticum habiturum sit etiam Ecclesiam sæcundam, & frequenti prole in immem-

sum se multiplicaturam, ceu Chiliaftas ftatuere poftea
 oftendetur, quæftio manebit de illis, qui in ipfo hoc
 regno nafcuntur & adolefcunt annon illi fiant regni e-
 tiam cœleftis participes? Annon in Chrifto pie fint,
 victuri? Annon fratres & cohæredes Chriftri futuri
 fint & aliquando a Deo gloriificandi? Affirmabunt Chi-
 liaftæ. At quomodo hæc ipsis contingere poterunt,
 nifi, ut allata Scripturæ dicta requirunt, Chrifto fimiles
 etiam fiant in paffionibus; & ob fuam pietatem in
 mundo afflictiones patiantur? Ex his igitur apertiffi-
 mum eft, quam falſa ſint quæ D. Animadvertens ſ. 33.
 pag. 43. init. pronunciat: *Falſa, inquit, etiam hypo-
 theſis eſt, Eccleſiam Dei ſemper ſub militiâ & tribulatio-
 nibus, in his terris eſſe futuram; Militans Eccleſia, dum
 militans eſt, ſub cruce quidem eſt at quando Halcyonia
 aget, & jubileæ ſunt, & Sabbata Sabbatorum, Ef. 46, 23.
 deſtructis deſtructoribus terræ, & ligato ſatanâ, juſtiâ
 & pace ſe invicem oſculantibus, aliam & letam faciem
 è deſerto redux induet, & Eſavi & exactorum aliorum
 imperio ad finem perducto, Jacobus regnabit. Quò de-
 nim ad locum Ef. LXVI. 23. adductum attinet, ille,
 præter vocem ſabbathi nihil habet, quod ad talem Ec-
 cleſiæ à cruce immunitatem poſſit referri. At Sabbathæ
 ſacra cum afflictione etiam poſſe conſiſtere, nemo ne-
 gabit.*

XXIX. Aſſertio undecima: Præter Chriſtum
 in toto genere humano, nemo peccatis non eſt
 contaminatus, unde non minus abſurdum erit,
 ſi ante ultimam mundi *πανολεθρίαν*, credatur ali-
 quod tempus futurum, in quo homines ſine
 peccatis naſcantur & vivant. Poſſet ſine demon-
 ſtratione proponi theſis iſta, in orthodoxis Eccleſiis
 nun-

nunquam
 mox ap
 ſuosque
 tam trifti
 puum eſt
 ſtolis & P
 quem Sal
 nati ſun
 rum lan
 rationi
 ſtender
 qui hu
 Rom. V.
 funder
 XX
 ſcilicet
 victur
 nes, &
 ſimus
 buntur
 plicare,
 nos dim
 M. anno
 petition
 pi etian
 numero
 non amp
 bus, ſicut
 vel pro il
 ſicim. M
 chriſtica
 cerum f
 platæ in

nunquam in dubium vocata; interim, cum & illi, ut
 mox apparebit, haud obscure contradicant Chiliaftæ,
 fuosque sanctulos in regno millenario ab omnibus,
 tam tristibus quam turpibus malis (inter quæ præci-
 puum est peccatum) velint esse immunes, adeoq; Apo-
 stolis & Patriarchis, imo ipso etiam Johanne Baptiftâ,
 quem Salvator aliàs omnium, quicumque e mulieribus
 nati sunt, maximum deprædicat Matth. XI. II. in infini-
 tum sanctiores: Hanc ob causam evidentibus quoque
 rationibus firmanda terit universalis hæc veritas, & o-
 stendendum, quibus se implicant difficultatibus illi,
 qui huic manifestæ luci, ex apertis Spiritus S. verbis
Rom. V. 12. 2. Par. VI. 36. &c. accensæ, tenebras suas of-
 fundere non erubescunt.

XXX. Ponatur ergo tempus aliquod, regnum,
 scilicet Chiliafticum, sintque homines, qui in eodem
 victuri sunt & nascendi, ab omni peccati labe immu-
 nes, & videbimus quam ex isthac hypothese, habituri
 simus religionem. Tum siquidem homines non tene-
 buntur amplius Deo pro peccatorum remissione sup-
 plicare, & dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut &
 nos dimittimus debitoribus nostris; sed in hoc nostro
 M. annorum regno, Dominica Oratio manca, & quintâ
 petitione truncata fidelibus sufficet. Tum porro i-
 pfi etiam Salvatori sanctissimo immensa multitudo, e
 numero hominum a se redemptorum, subducetur, ut
 non amplius sese dederit in redemptionem pro omni-
 bus, sicut hætenus D. Paulus arbitratus est, *1. Tim. II. 6.*
 sed pro illis tantum, qui vixerunt ante regnum chilia-
 fticum. Nec proinde vos sanctuli beatitudinis hujus
 chiliafticæ participes, Christo vestram tenebimini ac-
 ceptum ferre salutem, sed meritis vestris, ceu Proto-
 plastæ in statu innocentia, nec eritis Ecclesia illa, quam
 pro-

proprio suo sanguine Christus sibi acquisivit. *Act. xx. 28*
 Deniq; si dari possunt è posteris Adami homines pec-
 catis non inquinati, quid opus fuit ut Deus Filium su-
 um in carnem, imo in mortem acerbissimam e cælo
 mitteret? Nonne potuissemus nostrum Messiam ex-
 pectare è posteris nostris chiliasticis? Nonne summus
 noster Sacerdos ex illis potuisset eligi? Apostolus utiq;
 in Summo Sacerdote nostro præcipue id saltem requi-
 rit, ut non egeat priorum peccatorum expiatione,
 aut pro illis immolare teneatur, sed ut sit sanctus, im-
 maculatus, purus & a peccatoribus segregatus. Talium
 autem satis fœcundum erit, stante illa hypothesi, re-
 gnum Chiliasticum: Quid ergo tum amplius Christo
 Sacerdote opus? Horrenda & abominanda blasphemia!

*De hisce tellus, tuque tenebrarum potens
 In Tartara ima, rector umbrarum, rape
 Hoc virus infernalis, atrum, viperæ.*

XXXI. Assertio duodecima: Hinc ante istam se-
 culi consummationem, & ultimam mundi de-
 structionem, nullum dabitur tempus, quo ho-
 mines morti non erunt obnoxii, aut immunes
 à potentiâ moriendi in actum deducendâ. Qua
 thesi non negatur, quosdam homines mortem ipsam
 temporalem non gustaturos esse, quod acciderit illis, qui
 in adventu Christi vivi erunt immutandi, idque per
 accidens, quippe non plus immunitatis a morte illi per
 se habebunt, quam cæteri homines. Ita & nos, quam-
 vis mortales simus, & morti nos obnoxios esse negare
 nequeamus, si tamen nostro tempore ingrueret dies ad-
 ventus Christi, non essemus morituri. Negatur itaque
 hoc saltem, quod quidam hominum ita futuri sint im-
 munes a morte, ut certi sint, se non amplius mori posse
 se ut

se ut cæteri homines. Patet hujus negationis veritas ex generalibus Scripturæ verbis *Rom. V. 12. 14. 1. Cor. XV. 21. 22*, quod in Adamo omnes moriantur homines, & per illum ac propter peccatum, super omnes homines mors transferit, ubi præter particulam universalem OMNES, etiam hujusmodi latet argumentum:

Quicumque in Adamo peccavit, & in vitâ peccatis inquinatus est, illi necessitas moriendi per se imminet, ita ut quotidie mors illi sit expectanda, cum positâ causâ effectus eam naturaliter subsequens poni debeat:

Tales autem sunt omnes homines, ut evictum est assertione undecimâ. Ergo.

XXXII. Tempus jam est, ut ad iudicium illud vivorum & mortuorum, de quo supra numero IV. dictum est, revertar. Sit itaque de illo Assertio decima tertia: Iudicium vivorum & mortuorum non erit ita instituendum, ut separatim & diverso tempore vivi & mortui iudicentur; sed utrorumque iudicium uno actu habebitur. Thesis hæc illis qui non tantum voces sed & emphasin Scripturæ, pro infallibili principio in rebus fidei assumunt, facile probabitur ex illis locis, ubi simpliciter Christus dicitur iudicaturus esse vivos & mortuos, scilicet *Tim. IV. 1.* & aliis. Siquidem non temere geminum hic licebit fingere iudicium, nisi alia manifesta Scripturæ loca id urgeant. Sed cum hæc Chiliaftis non sufficiant, distinguentibus iudicium vivorum a iudicio mortuorum; Proponimus locum ex *Act. XVII. 30. 31*: *Tempora quidem ignorantia Deus, & ἄβδων, connivendo prætermittens, nunc omnibus ubique hominibus annunciat ut pœnitentiam*

E

tiam

ziam agant: Quoniam statuit diem, in quâ judicaturus est τὴν οἰκουμένην, hoc universum, &c. Quæro igitur num illa verba referenda sint ad iudicium mortuorum, an ad iudicium vivorum? Neutrum equidem iudicium tale puto esse, de quo locus hic possit prædicari, sed necessario debere hic supponi ejusmodi iudicium, in quo omnes & viventes & mortui Christo fidentur. Quippe iudicium vivorum si respiceret hic Apostolus, ab illo sibi nihil metuendum habuissent Athenienses, quibus ista annunciabat. Imo iudicium mortuorum & eorum resurrectionem ab Apostolo hic fuisse indigitatam constat ex v. 32. *Audientes vero mortuorum resurrectionem &c.* Nec denique propter solum illud vivorum iudicium, Deus posset omnibus hominibus præcipere ut agant pœnitentiam, sed necessario etiam id fieri debet, propter iudicium mortuorum. Nec tamen de solo mortuorum iudicio capere hoc licet, quoniam mortui soli non constituunt τὴν οἰκουμένην, sed cum vivis saltem, quamvis omnium vivorum complexus seorsim sumptus, τῆς οἰκουμένης appellationem non minus sustinere possit. Relinquitur ergo, ut de utroque iudicio simul sumpto locus adductus sit exponendus, cumque unum saltem ille diem iudicii, de quo loquitur, determinet, sequitur, utrumque illud iudicium in uno die, instituendum, hoc est una vice habendum esse. Ut enim dies hic iterum per M. annos explicetur, nemo ex accuratis Exegetis passurus est, Scriptura siquidem loquitur ubique (exceptis saltem nonnullis vaticiniis) stylo inter homines usitato. Quis vero unum diem dicens M. annos conciperet? sed in superioribus hac de re pluribus actum jam fuit. Ex his etiam apparet quod iudicium Actor. xvii. 30. 31. habendum sit in adventu Christi, cum nec ipsi Chiliastæ, ut deinde patebit, statu-

ant

ant aliud iudicium vivos & mortuos concernens, quam illud in adventu Christi, quamvis & huic diversos actus, more suo omnia geminandi (v.g. resurrectionem, iudicium, regnum gloriae, vitam aeternam &c.) attribuunt.

XXXIII. Assertio decima quarta: Ab hoc iudicio nemo, etiam piorum, excludetur. Apostolus enim *2 Cor. V. 10.* nos omnes (se quoq; non excludens,) dicit oportere manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque, quæ corpore (fecerit) prout gessit sive bonum sive malum. Hoc autem iudicium utique erit mortuorum, siquidem Apostolus & Corinthii vivi non sunt iudicati. Erit porro Iudicium illud tam piorum quam impiorum, quoniam in illo bona & mala retribuentur. Erit denique universale, quoniam omnes in eo erunt Christo sistendi. Sed hæ conditiones in nullo cadunt iudicium præter illud quod in adventu Christi habendum erit. Quamvis enim præter hoc iudicium, post M. annos aliud determinent adhuc iudicium Chiliastæ; non tamen concedent, in illo ipsos etiam pios & fideles esse iudicandos, quippe quos in adventu Christi jam tum glorificatos esse volunt.

XXXIV. Assertio decima quinta: Neque iudicium piorum separari potest a iudicio impiorum, sed utrumque simul erit habendum. Ratio manifesta est ex *Matth. xxv. 31.* ubi hoc iudicium ita describitur, ut sit separatio piorum ab impiis, ubi pii collocantur ad dextram Christi; impii ad sinistram, quæ non nisi una vice possunt fieri. Non autem hæc de solo viventium iudicio explicare licebit, siquidem alias geminum adhuc fingendum esset iudicium, vivorum nempe & mortuorum, in utroque autem fideles forent separandi ab infidelibus, & singulis prout se-

gesserunt, retribuendum, ut patet ex locis adductis
2 Cor. V. 10. Matth. XXV. 31. Hoc autem nec Scripturæ
 consentaneum est, nec cum ipsorum Chiliastarum hy-
 pothesibus stare potest. Scriptura quippe unum diem
 iudicio vivorum & mortuorum determinat, ut evi-
 dentum est thesi decimâ tertiâ; eadem vivos una cum fi-
 delibus resurgentibus (infidelibus quidem non me-
 moratis sed nec exclusis.) Christo sistendos esse docet
1 Thess. IV. 16. 17. quod dictum non minus valet ad pro-
 bandam thesin decimam tertiam.

XXXV. Assertio decima sexta: Erit ergo judi-
 cium in adventu Christi instituendum, omnino
 universale, ita scilicet, ut in illo iudicentur simul om-
 nes pii atque impii, tam vivi quam demortui. De
 omnibus vivis res constat ex *Matth. XXV. 32.* ubi omnes
 populi Christo sistendi dicuntur; de omnibus mortu-
 is idem patet ex *2 Cor. V. 10.* qui locus in thesi decimâ
 quartâ adductus est & explanatus, quorum utrorumq;
 iudicia simul futura esse ex *1. Thess. IV. 16. 17.* constat, &
 insuper assertione decimâ tertiâ demonstratum est.
 Neque obscurum potest esse illud ipsum ex eo, quod u-
 niversaliter *Matth. XXV. 31. seqq.* quicumque Christum,
 in membris suis esurientem cibaverunt &c. (qui non
 possunt esse nisi verè fideles, quos proinde male huic
 iudicio subducunt Chiliastæ, ut mox patebit) dicuntur
 in hoc iudicio præmio vitæ æternæ donandi v. 46; Qui
 vero hoc non fecerunt, in ignem æternum detruden-
 di, de quibus in sequentibus.

XXXVI. Assertio decima septima: Hoc judi-
 cium neminem in terris vivum relinquet. Ratio
 manifesta est ex illo, quod omnes qui iudicantur l. c.,
 statuuntur vel ad dextram Christi, vel ad sinistram; om-
 nes

mnes vivos autem & mortuos judicatum iri ante probatum est; quivis ergo viventium & mortuorum ad alterutrum latus stabit. Qui vero ad dextram sistuntur, abeunt in vitam æternam, cæteri in ignem æternum, ceu in sequentibus uberius declarabitur. Neutri ergo in terrâ relinquentur. Esse autem hoc iudicium illud ipsum, quod in adventum Christi cadit, apertum est ex v. 31. *Cum Filius hominis veniet in suâ gloriâ, omnesque sancti Angeli cum eo &c.*

XXXVII. Assertio decima octava: Post illud iudicium non aliud expectari aut determinari potest iudicium. Probatur, quoniam omnes homines jam sunt iudicati, bis autem iudicatum iri quendam nec ipsi concedent Chiliastæ. Nec etiam post illud iudicium, novos homines, denuo iudicandos, esse nascituros, inde patet, quod omnes homines tum erunt vel in vitâ æternâ vel in igne æterno: In neutro autem loco homines per generationem multiplicatum iri adeo manifestum est, ut probatione non egeat.

XXXVIII. Assertio decima nona: Condemnati in hoc iudicio non maectabuntur; sed in ignem æternum omnes conjicientur. Aperte hoc docet Salvator loco adducto Matth. xxv. 31. seqq. quod scilicet dicturus sit illis qui ad sinistram sunt collocati: *Ite vos maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus; & versu ultimo dicit: Et ibunt (maledicti) εις κόλασιν αιώνιον, in cruciatus æternos.* Nihil itaq; hic de maectatione vel deletione impiorum per gladium, siquidem illa cum detrusione in ignem æternum nequaquam potest consistere.

XXXIX. Assertio vigesima. Fideles autem, seu illi, qui collocati sunt ad dextram iudicis, hæ-

reditate obtinebunt regnum aliquod, illud scilicet, quod vocamus regnum gloriæ. Apparet etiam illud evidenter inde, quod Salvator in adducto capite illis, qui ad dextram ipsius collocati sunt, dicturus est: *Venite benedicti Patris mei, & hereditate possidete regnum illud, quod ab origine mundi vobis est paratum*, quod ipsam regnum versu ultimo dicitur vita æterna. Ubi simul notandum est, quod eodem tempore adendum sit hoc regnum, quo omnes impii præcipitabuntur in ipsam gehennam, cum omnia quæ de hoc iudicio dicuntur uno & continuo actu peragenda esse manifestum sit. Non igitur dici poterit, quod regnum hoc M. annis illam impiorum damnationem sit antegressurum.

XL. Assertio vigesima prima: Non datur autem regnum Christi, quod tandem ad finem possit perducì, ut ipse Christus in eo regnare desinat, aut illud alii tradat. Probatur ex manifesto Angeli testimonio *Luc. I. 33.* Erit (Filius Mariæ) Rex super domum Jacob (Ecclesiam vid. *Rom. IX. 6. 7. 8.*) IN ÆTERNUM, & regni ipsius non erit finis. Quamvis ergo, in consummatione sæculi, regnum gratiæ transitorium sit in regnum gloriæ; idem tamen Christus Rex noster, in utroq; est & manebit, ita ut ipsum ejus regnum illo tempore non desinat; sed potius fiat illustrius ac supremum suum assequatur gradum.

XLL. Assertio vigesima secunda: Nec etiam in terris regnum quod pii accipient, expectandum est, sed in cœlo: Probatur ex illo, quod regnum hoc piis datur in præmium ut patet ex *Matth. xxv. 31. seqq.* Præmia autem pro persecutionibus & afflictionibus suis non in terrâ sed in cœlo danda promittit Salvator

Matth.

Matth.V.12. (ex quo loco idem etiam in Programmate antichiliaastico Summe Venerabilis Domini Præceptoris demonstratum est) dicens: *Gaudete & exultate* (vos qui persecutiones & contumelias propter me patimini) *quoniam magna erit merces vestra in COELIS*, ad cuius argumenti vim infringendam ne jota quidem afferre potuit D. Animadvertens. Addo etiam alterum ex *1 Pet.I. 3.4.* *Deus nos regeneravit ad hereditatem incorruptibilem, que nobis reservatur in COELO.*

XLII. Assertio vigesima tertia: Quin statim post reditum suum e cœlo Christus assumet fideles suos in domum Patris sui, ubi jam diu locus ipse est paratus. Domum Patris per ipsam cœlestem beatitudinem (non verò per paradysum chiliaesticum) explicat ipse D. Animadvertens §.8. ubi ita scribit: *Absoluto die nuptiarum* (tempore regni chiliaestici) *Agnus virgineum suum gregem tanquam sponsam suam in domum Patris inferet*, & ita aperte domum Patris post tempora chiliaestica collocat; Quo præmissò provooco ad verba Christi *Joh.xiv.2.* ubi discipulis suis mansiones jam paratas esse in domo Patris sui, dicit. Erunt ergo mansiones hæ idem cum possessione regni, de quo *Matth.xxv.31.* est sermo, cum illud similiter piis ab origine mundi sis paratum, ut adeo regnum hoc necessario poni debeat in domo Patris seu cœlo, quod etiam probatum est in thesi præcedente. Quod autem Christus statim pios post adventum eo deducturus sit patet ex versu 3. *Redibo, dicit' ibi, & vos ad me assumam, ut sitis ubi ego sum.* Quem vero alium in locum, quam in mansiones in domo Patris de quibus ante egerat? Hoc siquidem connexio textus necessario requirit. Atque hoc ipsum argumentum, in Programmate dicto adductum,

Etum, non potuit infringere D. Animadvertens, sed silentio prætermisit, eodem modo ut antecedens.

XLIII. Assertio vigesima quarta: Non igitur aliud regnum gloriæ pii possunt expectare, quam illud, quod in omnem æternitatem in domo Patris obtinebunt. Infertur hæc ex præcedentibus, siquidem regnum hoc statim post adventum Christi piis donabitur, ut ostensum est in proximâ thesi, durabit autem in omnem æternitatem, juxtâ assertionem vigesimam primam. Ante adventum vero Christi, regnum gloriæ piis nullum obtingit, sed perpetuis obiecti sunt illi calamitatibus, ut ostensum est in assertione decimâ: Nullum igitur poni potest tempus in quo alterum aliquod regnum gloriæ fideles possint adipisci.

XLIV. Atque ista ex ipsius fidei nostræ orthodoxæ, quam cum lacte materno imbibimus, Capitibus desumpta, & infallibilibus Scripturæ S. testimoniis evidenter comprobata, tantæ sunt certitudinis, ut & majores nostri hymnum illum de extremo judicio, in quo omnia quæ in præcedentibus prolixius deducta sunt, brevibus comprehenduntur, certitudinis suæ his de thesibus declarandæ gratiâ ita inceperint: *Es ist gewißlich an der Zeit &c.* Hunc hymnum in Ecclesiis nostris toties decantatum & manifestis Scripturæ S. testimoniis innixum, merito tanti æstimare debemus, ut, si quid illi, ceu fidei nostræ ipsi adversum proferatur, contra illud totis viribus, cunctis veritatem amantibus strenue sit dimicandum.

XLV. Quod si autem cum hisce conferatur dogma chiliaisticum, tantum hic utique reperietur differentiæ, ut summo cum jure Summè Venerabilis Dominus Præceptor in suo Programmate antichiliaistico dixerit,

dixerit, nullum ferè articulum fidei esse, quem non labefacter Chiliasmus: *Ducamus*, pergit ibi, *Chiliasmum per fidei articulos, deprehendemus eum vel directè, vel indirectè esse detractionem, esse utraque* *ut verbo Apostoli utar, hoc est everfionem Evangelii.* Et in præcedentibus: *Chiliasmum non modo in compendio necessariorum ad salutem haud contineri; verum eundem etiam non unum catecheticum dogma aritate putamus.* Quæ tamen non tam de Chiliasmo Patrum V. E. quam de illo qui nobis hodie obtruditur, intelligenda veniunt. Nec enim adeo mitem sententiam nostri Chiliastæ obtinere poterunt, à quovis recte expendente, quam Patres illi antiqui, cum Chiliasmi, prout ille hodie transformatus est, longè alia facies sit, quam antiqui illius, id quod nec ipse D. Animadvertens ausus est negare. vid. Animadvers. §. 9. initio. unde hanc veritatem diu fuisse obsignatam toties in suis scriptis dicunt, & jam sub ultimis temporibus à se agnitam & in lucem protractam.

XLVI. Ut ergo appareat, quam plane alium fidei nostræ, inprimis quatenus res novissimas concernit, habitum induat Chiliasmus in illâ formâ, in quam nostro tempore è Veterum scoriis recoctus est à D. Animadvertente, vivis suis coloribus initio monstrum hoc opinionis erit depingendum, & per distinctas hypotheses melioris ordinis gratiâ, ex ipsis adversariorum scriptis aperte deducendum, qualem illi nobis exhibeant Chiliasmum. Libri, ex quibus illa desumentur, erunt (1) D. Animadvertentis Deducio Germanica, (2) Ejusdem Epistola de Visionibus, (3) Ejusdem Animadversio in Programma antichiliasiticum summe Venerabilis Domini Præceptoris (4) Colloquia fidei ab Uxore D. Animadvertentis in lucem edita.

data. Distinguendæ autem erunt istæ hypotheses in tres classes, quatenus nimirum concernunt, vel tempus ante regnum vel tempus in regno, vel tempus post regnum chiliaisticum.

XLVII. Sit ergo classis prima de hypothesibus Chiliastarum hodiernorum concernentibus tempora ANTE IPSUM REGNUM MILLENARIUM. Hic initio docent Christum M. annos ante ultimam mundi *πρωλεγειαν* apparituum esse è cælo: Animadv. §. 29. verba sunt: *Unde tecum quidem nullum alium visibilem adventum ejus (Christi) credo, quam qui fiet, cum tubâ Dei & voce Archangeli de cælo descensurus est, judicium vivorum & mortuorum instituturus, quod ANTE M. ANNOS fore supra ostendi &c. & §. 26. Ante M. ANNOS (Regni chiliaistici) Christus descendet cum tubâ Dei, & voce Archangeli, resurgentibus mortuis in Christo: Post M. annos non descensurus est Christus, sed omnes ipsi sistentur mortui. --- Ante M. annos nondum sic elementa resolventur, uti elapsis illis fiet, ubi cælum & terra fugient, nec locum amplius invenient. Atque hæc est ipsorum hypothesi prima, in quâ aperte contradicunt Assertioni nonæ, unde & in illius demonstratione cum illis fuit dimicandum.*

XLVIII. Hypothesis secunda: Tum resurgent omnes fideles in Christo demortui, & quidem soli. Quod omnes fideles dicant esse suscitandos ante regnum millenarium, demonstratum supra jam est ex ipsorum scriptis. vid. num XVII. Quod autem præter pios neminem velint ad hanc resurrectionem admittere, quodq; particularis hæc resurrectio incidat juxtâ Chiliastas in adventum Christi, seu M. annos ante ultimam mundi *πρωλεγειαν*, discimus ex Animadv.

madv. §. 20. ubi dicit Autor: *Ergo, cum adhuc futura sit* (resurrectio illorum, qui ad Christum pertinent, in ejus adventu) *& solorum piorum est, universalis esse nequit, ubi ex hypothese boni & mali simul resurgent.* Pugnat hoc cum Assertione sextâ, ubi demonstratum est, cum piis etiam impios esse resurrecturos, & simul cum quintâ, ubi dictum & ostensum est, non dari piorum resurrectionem, præter illam, in quâ simul resurgent impii, nempe in adventu Christi, & denique contrathesin septimam & octavam, in quibus demonstratum est, quod resurrectio piorum in adventu Christi sit universalis, ita ut omnes etiam impii cum illis resurgant, & quod non detur resurrectio mortuorum particularis, omnia vi dicti Joh. V. 28. *Venit hora, in qua omnes qui sunt in sepulchris audient vocem ipsius, & prodibunt, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite, qui vero mala fecerunt, in resurrectionem judicii.* Vellent quidem libenter hoc dictum Chiliastæ ad extremam resurrectionem post M. annos trahere, sed nec ipsi nobis possunt ostendere quosdam, qui in illâ resurrectione ad vitam æternam resurgent, stantibus ipsorum hypothesebus, cum omnes pie demortui illam resurrectionem (si qua futura esset M. annos post adventum Christi) jam anticipaverint. Nec Quakeriana hypothesis, de salute quorundam infidelium, utpote quæ falsissima fuit ostensa num. XVII. quicquam ipsos juvabit.

XLIX. Sed alia adhuc occulta hic Chiliastarum latent mysteria, quæ ex ipsorum scriptis, utpote, in quibus omnia sua secreta non facile produunt, demonstrare quidem haud possum; at ex ore ipsorum imo ipsius D. Animadvertentis pro concio-

ne dicentis, licet satis obscure, quædam illis haud dissimilia audivisse probe memini. Unde illud falso sibi imputari, non questuros spero Chiliaſtas. Docent quippe, etiam poſt mortem dari adhuc remiſſionem peccatorum, idq; ex illo probare conantur, quod mortuis quoq; Evangelium eſſe prædicatum aſſerat D. Petrus 1. *Epist. IV. v. 6.* & Chriſtum Spiritibus in carcere prædicaviſſe idem doceat 1. *Petri III. 19.* Videntur itaque illos, qui Joh. V. 28. dicuntur ad vitam reſurgere, habere pro iis, qui convertentur poſt mortem, qui regnum chiliaſticum non ingrediantur, ad quod ſoli in fide demortui pertinent, finito autem eo ad vitam reſurgant, ut ita reſurrectio *Joh. V. 28.* manere poſſit illa reſurrectio, quæ futura eſt M. annos poſt adventum Chriſti.

L. Non minus falſam autem eſſe hanc doctrinam, quam illam de infidelium ſalute, Scriptura S. evidenter docet. Ita enim hominum poſt Chriſtum maximus: *Aſcia jam arboribus poſita eſt ad radicem, unde omnis arbor non ferens bonos fructus, excinditur & in ignem projicitur,* Matth. III. 20. Non dicit, quod ſteriles arbores poſt exciſionem alibi adhuc ſint plantandæ, ut ibi fructum ferant; ſed ſtatim eas in ignem projiciendas eſſe docet. Unde impii poſtquam mortui ſunt, nihil niſi ignem æternum expectare poſſunt. Neq; etiam, ſi poſt mortem peccatorum adhuc remiſſio daretur, longanimitati Dei tribui poſſet, quod ille diem adventus Chriſti tam diu differat, velut facit D. Petrus 2. *Epist. III. 9.* & D. Paulus *Rom. II. 4.* ubi docet Deum dilatione pœnarum nos ad pœnitentiam ducere, nec eum velle, ait l. c. D. Petrus, ut quiſquam pereat, ſed ut omnes vertantur ad pœnitentiam, ubi oppoſitio ſatis oſtendit, quod

quod, quicumq; hic non revertuntur ad pœnitentiam, pereant. Imo si non omnes perirent, qui hic in infidelitate decedunt, dilatione illâ adventus Christi non opus propterea foret, cum locus adhuc demer pœnitentiæ in futuro seculo post adventum Christi. Idem patet ex illo quod 2. *Cor. V. 10.* Apostolus docet, quemvis in extremo iudicio accepturum esse, *ἅμα τῷ σώματι*, scilicet retributionem illorum, quæ corpore suo peregit. Hanc autem non accepturus esset, si quis in vitâ male se gerens, pœnitentiâ post mortem actâ, ad vitam resurgeret. Hinc quicumq; mala fecerunt (nullâ exceptione factâ pœnitentiæ post mortem actæ) non ad vitam sed ad iudicium resurrecturi dicuntur apud *Joh. V. 28.* Atq; eodem tendit Apostolus *Rom. II. 6. 7. &c.* docens, quod Deus in iudicio retributurus sit singulis secundum opera sua; omnibus scilicet, qui in patientia & bonis operibus quærunt gloriam (scilicet apud Deum) & incorruptibilia, vitam æternam: Omnibus vero, quicumq; mala faciunt, iram & afflictionem, (æternam) cuius propositionis universalitas infringere, si statueremus impios & malos, pœnitentiâ post mortem actâ, pœnam hanc posse effugere.

LI. Huc pertinet elegantissima Salvatoris Parabola *Luc. XIII. 6.* de homine sterilem ficum in vineâ suâ habente: Hanc cum toties frustra fructus laturam sperasset, tandem excisurus, hortulani tamen petitione motus, per unum annum eidem adhuc parcat, ut videat, num diligentiori curatione adhibitâ fructus aliquis ex illâ haberi possit. Ita scilicet, vult Salvator dicere, & Deus nobis subinde parcat, sperans nos tandem redituros ad pœnitentiam, ne scilicet pereamus. At si post mortem pœnitentiæ locus adhuc

relinqueretur, etiam hic in infidelitate demortui, nondum tamen statim periremus. Denique referendum etiam huc est, quod de urbibus Tyro & Sidone item Sodomâ ac Gomorrhâ dicit Christus *Matth. XI. 21. seqq.* scilicet, si Tyrii ac Sidonii tot miracula vidissent, quot facta sunt in Chorazim & Bethsaida, tum illos pœnitentiam fuisse acturos in sacco & cinere. Non tamen propterea dicit quod iudicium extremum & damnationem effugere possint; sed quod pœnam habituri sint tolerabiliorem. At possent plane iudicium effugere, si post mortem locus adhuc foret pœnitentiæ, quippe qui si miracula Christi vidissent, pœnitentiam acturi fuissent, etiam, videntes post mortem, quanta sibi parata sint supplicia, pœnitentiam libentissime si modo detur ejus facultas, adhuc agerent. Satis ergo apparet, nullum pœnitentiæ locum relinqui posse illis, qui in peccatis jam sunt demortui, prout etiam Ecclesia canit: *Wer sich in Christo nicht bereit't / weil er noch lebt in der Gnaden-Zeit / ewig muß der verderben.*

LII. Quid ergo dicendum de adductis D. Petri locis? utrumque fateor aliquid difficultatis habere, & singularium, etiam inter nostratium nonnullos, opinionum fontem fuisse, unde posset Chiliastis quoque condonari, quod ex hujusmodi dictis in hanc sententiam fuerint prolapsi. Interim quam male illa cum Verbo divino congruat, ostensum est numero præcedente, unde jam dispiciendum, qua ratione ita explicari possint dicta allata, ut cum analogiâ fidei consistent. Liceat ergo mihi, salvis aliorum iudiciis, exhibere hoc loco illam utriusque dicti expositionem, quam celeberrimi Academiae hujus Juliae Theologi, jam dudum ab ipso Augustino & Bedâ propositam, fuerunt

am-

amplexi. In initio observo contra nostrates Chiliaftas, quod apud D. Petrum, 1. *Epist.* III. 19. mentio tantum fiat illorum, qui tempore Noachi non crediderunt, unde apparet, non omnibus mortuis factam dici posse hanc prædicationem. Deinde noto, posse adjectiva & concreta non infrequenter per distractionem determinari ad aliud tempus, quam verbum additum conſignificat. ita v. g. dicit Salvator: Cæci vident, claudii ambulant, *Matth.* XI. 5. h. e. qui ante fuerunt tales. Hinc, cum apud D. Petrum l. c. dicitur: Christus in spiritu proficiſcens Spiritibus in custodiâ prædicavit; non statim inde potest inferri, quod tempore prædicationis Christi Spiritus fuerint in custodiâ, sed concretum hoc τὰ ἐν Φυλακῇ πνεύματα potest ad aliud tempus determinari, ut sit sensus: Spiritibus illis qui jam detinentur in custodiâ, olim (ſcilicet cum in corporibus viverent) Christus in spiritu, h. e. in divinâ virtute, per quam in Noacho operatus est, prædicavit. Intelligitur ergo hic per prædicationem Christi in spiritu, prædicatio illa Noachi per spiritum Christi in ipſo operantem facta. Non ignoro, perſtringi propter hanc explicationem Helmſtadienſes Theologos à D. Animadvertente in Deductione Germanicâ, ubi dicit: Solte aber einer ſeyn / welcher die Wahrheit von der zukünfftigen Welt (regno chiliaſtico) und die erſte Auferſtehung præfracte läugnen / und nicht etwa nur ein Jota, ſondern ſo groſſe Wahrheit (ſcilicet!) auflöſen / ja es gar vor eine Lüge ſtraffen ſolte / würde ſich ſo ſehr verſündigen / als der thäte / der läugnen würde / daß Chriſtus nach den Geiſtern im Gefängniß hingegangen / ob gleich dieſer Artikel ein ſolcher iſt / der nicht eben zum fundament des Glaubens gehöret / ohn welches gründliches Erkant-

Wäntniß kein Mensch könne selig werden: Verum talia dicere non sufficit, sed probatione opus est. Multi profecto viri celeberrimi descensum Christi ad inferos in dubium vocarunt, quos hanc ob causam non statim graviter peccasse dicendum est, sed potius cum D. Luthero statuendum: Wenn ich von der Niederkahrt Christi zur Höllen so viel weiß / daß Christus der Höllen Gewalt zerstöhret / und dem Teuffel alle seine Macht genommen habe / so habe ich den rechten Kern und Verstand der Höllenfahrt Christi / und soll nicht weiter fragen noch klügeln / wie es zugegangen oder möglich sey. Tom. VII. Jenensi Germ. L. 77.

LIII. Alterum autem Dictum quod attinet, habetur illud 1. Petr. iv, 6. *Nam idcirco mortuis quæque evangelizatum fuit, ut judicarentur, secundum homines in carne, viverent autem secundum Deum in spiritu, omnium autem finis imminet.* Sensus huc redit: sicut tempore diluvii, cum Christus CXX. annis Spiritu suo per Noam impiis evangelizasset, & resipiscentiam eorum frustra expectasset, tandem diluvium mundo immisit, & finem impietati eorum imposuit: Ita nunc etiam finis totius orbis instat, ut incendio pereat, sicut tum temporis diluvio perit. Evangelizatum autem fuit tempore Noachi illis qui jam mortui sunt, ut damnarentur quidem secundum homines, seu in carne, id est, carnales illas cupiditates abjicerent, & propter illas abjectas hominum opprobria ferrent, & interim secundum Deum, seu spiritu, i. e. juxta Dei voluntatem, secundum internum hominem ac Dei spiritum viverent. Hoc modo sensus cum præcedentibus optime congruit, ut patet, si conferatur v. 4. Solet denique & pro remissione

sione peccatorum post mortem etiam afferri illud Christi Matth. xii. 32. *Non remittetur peccatum in Spiritum S. neque in hoc neque in futuro seculo*: Sed æque infelicitè hæc probatio succedit, atque illa, per quam furnum suum purgatorium loco adducto superstruere conantur Pontificii. Quippe verba hæc peccatum in Spiritum Sanctum ita exaggerant, ut, suffieri possit, quædam etiam peccati remissio in futuro seculo, eandem tamen peccato in Spiritum S. ibi concedi posse negent, prout jamdudum optimi nostratium Exegetarum contra Pontificios evicerunt.

LIV. Apparet ita, quod nec illud effugium universalitatem futuræ resurrectionis in adventu Christi possit infringere: Sed neque hoc prætereundum est, quod pro resurrectione mortuorum particulari ex *Dan. xii. 2* in Deductione Germanicâ urget D. Animadvertens. *Multi, scilicet, ex dormientibus resurgent.* Responsum est jam ante; Multos etiam poni pro omnibus, id quod ipse agnoscit §. 17. Deduct. sed urget, h. l. id fieri non posse propter præfixum Mem, imo contradictionem implicare. Omnes ex dormientibus resurgent, cum Ex particularitatem aliquam jam involvat. Respondeo breviter, positum esse hoc præfixum Mem ex Idiotismo Hebraico: Quippe solent illi, loco substantivi cum Adjectivo, haud raro adhibere duo substantiva per præfixum aliquod (potissimum per Mem, Lamedh, vel Beth) connexa, ut adeo hic Rabbim mijjeschene non significet: Multi ex dormientibus, sed Multi dormientes Exempla similia hujus constructionis haud desunt: Ita in Pf. lxxx. 14. habetur: Chasir mijjaar Sus â sylva, id est sus sylvestris sive aper. Et Prov. vii. 19. extat Derech merachok: Via â longinquo, id est via longinqua. Item Pf. xvi. 4. Non libabo sacrificia illorum a sanguine, id

id est sangvinolenta vel sangvinea. E quibus exemplis apparet, Præfixum Mem apud Hebræos non semper idem denotare, quod latinum E X, sed sæpe propter nudum constructionis nexum adhiberi.

LIV. Hypothesis III Pii & sancti adhuc viventes, Christo, immutati, in aëre obviam rapientur, ut deinde cum illis, qui in adventu Christi resurrexerunt, quos vocant *υἱὸς ἀδελφῶν ἀδελφῶν κτλ*, filios primæ resurrectionis, in paradiso quodam cœlesti jungantur, quæ immutatio nulli impiorum viventium continget. Ita docet D. Animadvertentis Uxor Glaubens. Gespr. p. 800. 801 seqq. quam vide. Possentque hæc eousque admitti, quod scilicet pii viventes, in adventu Christi, sint obviam ipsi rapiendi, prout docet Apostolus, 1. *Theff. IV. 17.* At in hoc valde aberrant Chiliastæ, quod non velint pios Christo in *judicium* obviam rapi, neque cum iisdem impios Salvatori sisti. Horum enim contraria demonstrata sunt in thesi 14. & 15. Scriptura quippe Matth. xxv. 31. seqq. talem processum commonstrat, in quo tam fideles quam infideles Christo, in ipsius adventu, sistantur in *judicium*, piisque vita æterna; impiis vero cruciatus æterni adjudicentur.

LV. Hinc apparet, *judicium* illud, quod I. c. describitur, a nemine Chiliastarum nostratium credi. Credunt enim duo saltem *judicia*, unum M. annos post adventum Christi, alteram in ipso adventu: Ad neutrum salvis hypothefibus Chiliafticis *judicium* hoc referre possum. Non ad *judicium* M. annos post adventum, quia (1) Textus id non admittit, sed in ipso adventu id instituendum docet. (2) Mortuos tantum *judicandos* esse vult D. Animadvertens M. annos post adventum Christi. Animadv. §. 26. *Mortui, inquit in die panto-*
critico judicio sistentur; at ante M. annos tam vivi quam
mor-

mortui judicabuntur, quod ipsum *κρίσις* est, quo primum ab ultimo iudicio probe discernere possis. Inter hos autem mortuos non erunt, qui Christum esurientem cibaverunt. Huiusmodi enim omnes ex Hypoth. 2. Chiliaistica jam in adventu Christi resurrexerunt, post adventum autem, seu in regno Chiliastico, (ubi Ecclesia ab omnibus tam tristibus quam turpibus malis immunis, & a cruce libera erit, Animadv. §. 33. sub finem) Christus non amplius esuriet, ut raceam, quod nec in Regno Chiliastico pios morituros dicant Chiliastæ, ceu ostensum est supra n. IX & X. Nec ad iudicium in adventu Christi habendum referre possunt Chiliastæ illud quod describitur Matth. xxv. 31. seqq.; Volunt enim iudicium in adventu Christi nihil aliud esse, quam pugnam cum improbis, & illorum deletionem, sicut docet D. Animadvertentis Uxor in *Glaubens-Gespr.* pag. 825. Die siebende Posaune verkündiget dein Gericht und dein Reich: dein Gericht; da du verderben wirst die so die Erde verderbet haben / und richten und streiten wirst mit Gerechtigkeit / &c. id quod infra pluribus ostenderur. At in Matthæi iudicio pii separandi erunt ab impiis, & hi in ignem æternum, illi in vitam æternam abibunt. Porro iudicium adventus Christi chiliasticum relinquit nonnullos in terrâ vivos, atque in illo causa minus principalis seu ministerialis erunt pii, velut Matrona sæpius memorata docet vid. *Glaubens-Gespräch* pag. 811. ubi idem inculcat quod ipsius Maritus D. Animadvertens §. 19. nempe, quosdam post iudicium adventus Christi e semine Gogi & Magogi reliquos esse mansuros, qui exactis M. annis iterum in Ecclesiam invalescere incipiant. At Matthæi iudicium nullos relinquet vivos in terra, sed omnes, aut in cælum aut in orcum deportabit, ejusque causa ministerialis non e-

runt pii sed Angeli, quippe pii simul erunt iudicandi & separandi. Dicuntur quidem in Scripturis & ipsi iudicaturi, sed hoc saltem fiet iudicio approbationis, quemadmodum & Regina Arabiae ac Ninivitarum dicuntur iudicaturi *Matth. vii. 41. 42.* quod bene observandum. Non itaque omnino tale iudicium creditur Chiliaestæ futurum, quale Salvator apud *Matth. xxv. 31. seqq.* prædicit.

LVI. Hypothesis IV. Cum illis resurgentibus, & immutatis fidelibus ad se in aere congregatis, Christus in ipsam terram descendet in iudicium, ita ut pii in illo iudicio non iudicentur, sed iudicent. De hac hypothesis quædam numero præcedente jam notata sunt. Adde jam ex iisdem *Glaubens-Gespräch p. 810.* Die Gläubigen sollen bey dir seyn / wenn du komst den Menschen der Sünden anzubringen / und zu dir (loquitur ubique cum Christo) gesämlet werden / ehe du erscheinst / so wol die Entschlaffenen / welche du auferweckest wirst / als auch die / welche im Leben seyn werden / welche du verwandeln wirst / und sie also zu dir sämlet / dass sie mit dir zum Gericht erscheinen sollen. Et interjectis nonnullis: Weil sie selbst mit dir kommen / nicht gerichtet zu werden / sondern zu richten p. 813. Impugnat hæc hypothesis Assertionem 14 & 15. in quibus ostensum est, tam piorum quam impiorum iudicium uno actu esse futurum, & neminem, etiam fidelium ab hoc iudicio immunem esse, Quod vero attinet loca in quibus pii dicuntur iudicaturi, ad illa jam numero præcedente responsum est. Urget autem hic præcipue Uxor D. Animadvertentis illud *2. Thess. I. 10.* quod in versione Germanicâ ita habet: Wenn er / Christus / kommen wird / dass er herzlich erscheine mit seinen Heiligen und wunderbar mit allen Gläubigen. Sed non miror, in do-

doctam Matronam versione Germanicæ nimium fiden-
do hic hallucinatam esse, in Græco enim non dicitur,
quod Christus cum Sanctis suis sit appariturus, sed
quod, cum venerit, in piis suis sit glorificandus, id quod
utriq; fiet in iudicio adventus Christi, etiam si tum San-
cti non statim cum ipso Christo descensuri sint in iudi-
cium. Et observare hic debuisse Matrona Nobilissima,
quod paulo ante v. 7. dicatur Christus cum Angelis su-
is venturus esse, non vero cum Sanctis, cujus versiculi
collatio cum *Matth. XXV. 31. seqq.* longe aliud ipsam do-
cere potuisset.

LVII. Hypothesis V. In hoc iudicio vivi & demor-
tui iudicabuntur, sed distinctis temporibus & locis: Vi-
vi in loco Harmageddon, & mortui deinde post 75. di-
es, (ut determinat D. Animadvertens in *Deduct. Germ.*
quamvis in *Animadv. §. 19.* habeat LXX. dies) erunt-
que & illi ab inferis suscitandi, ut, acceptis maledictis
corporibus, vivi in lacum sulphure ardentem projici-
antur, id quod tamen non omnibus continget mortuis,
sed tantum crudelibus & sanguinolentis tyrannis, cum
bestiâ & Pseudopropheta. Loquuntur hac de re *Collo-*
quia fidei p. 838. Wenn deine 1000. Jahr angehen / so
wirstu die Lebendigen und die Todten richten: Die Le-
bendigen an dem Orte Harmageddon; die Todten aber
muß die Hölle alsdenn aufferwecken / die an das Thier
gehören / daß sie durch dein Gericht zur Seiten der Gru-
ben in den feurigen Psuhl fahren. Sed audiatur hic
etiam ipse D. Animadvertens §. 26. pag. 34. *Sumus ad*
hoc in illo articulo sessionis Christi ad dextram Patris &
(utinam brevi fiat!) expectamus venturum ad judi-
candum vivos & mortuos, in quo iudicio comprehensa be-
stia & pseudopropheta, ut olim in Datham & Abirâ con-
tigit, vivi in lacum ardentem projecti iudicabuntur Apoc.

XIX. 20. reliquis hædis mundi antea mortuis, quos infernus exsuscitans maledicta corpora ipsis restituit, unâ cum bestiâ in eundem lacum ruentibus Esa. XIV. 9. 10. 11. Nam in eâdem tubâ septimâ seu sexto sigillo, iudicium aliquod in temporis differentiâ, cum post sextum sigillum super sit adhuc sigillum dimidiæ horæ, in destructos terræ destructores exercebitur. Apoc. XI. 18. Prius illud iudicium vult esse mortuorum; posterius vivorum. Et §. 19. post adductum locum Apoc. 20. 4. Cæteri mortui non resurrexerunt, ita pergit: Licet crudeles illi & sanguinolenti tyranni, post factam sanctorum resurrectionem, LXX circiter dies post, maledicta corpora sua accipiant, & in lacum ardentem cum bestiâ & pseudopropheta ruant, & cum illis socientur: At reliqui mortui, qui gladio necati sunt (scilicet in prælio ante regnum millenarium instituendo) & quorum corpora aves devoraverunt, atque cum illis alii post M. demum annos surgent. Audiatur etiam deductio ejusdem Germanica, quæ mysterium hoc ita proponit: Es ist aber dieses hiebey noch in acht zu nehmen/das die extrem böse Nord-Geister mit 75. Tage darnach/nach der Rechnung Daniel und Vergleichung Dan. xii. 11. 12. Apoc. xi. 12. 20. und also nach der ersten Auferstehung der Gerechten (welche zur Zeit der auferstandenen 2 Zeugen geschicht. Apoc. xi. 11. 12.) die vor den specificirten 75 Danielischen Tagen ehe auferstehen/ihre verfluchte Leiber zur Schande und Schmach bekommen werden.

LVIII. Nisi me omnia fallunt, mens Chiliastarum huc redit, quod Christo cum sanctis descendente in iudicium, (id quod fieri non poterit 75 dies post eorum resurrectionem, tot enim dies in aere ut expectent sancti, nimis longum foret) statim delendi sint destructores terræ, atque id esse iudicium vivorum, de quo deinceps

inceps. Hoc autem
LXX dies imp
radendos. Sed
Nobilissima D. A
p. 87. ita de
Berjun und alle
ne demum Gerich
phastet haben
vortanen Glänzb
niti videtur a
pnam, judicand
mrorumq; i
tionem p
p. 87. aperte
is iudicium vi
y eodem tene
tem allatis.
ter cum quo
habita; sed re
tionem, ex co
e habente, qui
erbyo huc pr
na Chiliafas
eris judicaz
is illud Christi
hic nonnun
derine Filium
hic posse etia
roque judeoru
m mundi pos
ne Pitarum su
on albi saltem
Casti potius a

inceps. Hoc autem peracto suscitandos etiam esse post
 LXX. dies impiorum præcipuos, & in gehennam de-
 trudendos. Sed illud scrupulum! adhuc inficit, quod
 Nobilissima D. Animadvertentis Uxor Glaubens-Be-
 spräch p. 837. ita docet: da wird Pontius Pilatus / die
 Obersten und alle andere / vor derer Gericht du gestanden /
 vor deinem Gericht erscheinen / und alle / die deine Kinder
 getränet haben / müssen vor diesem Gerichte / daß dir
 und deinen Gläubigen vom Vater gegeben ist / erschei-
 nen / ubi videtur asserere Pilatum, cum præcipuis im-
 piorum, judicandum esse cum ipsis vivis, adeoq; judi-
 cium utrorumq; in unum tempus, sc. LXXV. dies post
 resurrectionem primam incidere, nisi obstaret, quod
 p. 838. satis aperte, verbis initio numeri præcedentis
 illatis, iudicium vivorum à iudicio mortuorum separat.
 Atq; eodem tendere videtur D. Animadvertens verbis
 ibidem allatis. Collocutus sum hac de re ante annum
 circiter cum quodam ex intimis meis, non ipso quidem
 Chiliastâ; sed rerum Chiliafficarum accuratiorem co-
 gnitionem, ex conversatione cum nonnullis huius Se-
 ctæ, habente, qui tum Helmstadii visendi gratiâ Guel-
 pherbyto huc profectus erat: Is dicebat, incertum esse,
 juxtâ Chiliaffas, an adhuc vivat Pontius Pilatus cum
 cæteris Judaicæ gentis proceribus, nec ne, eoq; trahi, ab
 ipsis illud Christi Matth. XVI. 28. Amen, dico vobis,
 stant hic nonnulli, qui non gustabant mortem, donec
 viderint Filium hominis venientem in regnum suum.
 Hinc posse etiam in iudicio vivorum Pilatum, proce-
 resque Judæorum Christo fisci, ut ut resuscitatio hædo-
 rum mundi post LXXV. dies demum fiat. Sed quæ-
 rant Pilatum suum Chiliaffas, donec eum tandem, (si
 non alibi saltem in Utopiâ) inveniant. Dictum illud
 Christi potius ad ipsius glorificationem in monte, quæ
 sta-

statim post describitur, quæq; fuit regni gloriæ præ-
gustus, pertinere, jamdudum observatum est à no-
stris Theologis, ut adeo parum spei exinde Pilato pro-
longiore vitâ nascatur. Cæterum, quicquid à Chiliaftis
hic statuatur, (quamvis memorati Amici relationi
fatis tuto mihi quidem fidere liceat) in præmissarum
Assertionum aliquam nihilominus hic impingent.
Nolunt enim omnino iudicium universale admittere in
adventu Christi, atque inter iudicandos non volunt es-
se pios. Pugnant itaq; contra Assertionem 13. 14. 15.
36. Nec obstat, quod pii in Scripturis sæpe dicantur
non venire in iudicium, tum enim iudicium sumitur
vel pro damnatione, vel pro omnium, etiam involun-
tariorum peccatorum imputatione, à quâ pii per Chri-
stum liberati sunt, ita ut eorum iudicium consistat sal-
tem in eo, quod separentur ab impiis & ad dextram
Christi collocentur, adeoq; licet in iudicium sint Chri-
sto sistendi; proprie tamen, & strictè loquendo non sint
iudicandi.

LIX. Hypothesis VI. Cæteri infideles demortui
ante consummatos M. annos regni non suscitabuntur.
Ita docet D. Animadvertens verbis quæ n. LVII. ex §.
19. adducta sunt, quibus accedit Send-Schreiben §. II
die unseeligen Todten werden nicht wieder lebendig/
bis 1000. Jahr vollendet sind / alsdenn werden sie auf-
erstehen zum Gerichte. Atq; ita passim Chiliaftæ. Sed
manifeste hic impingunt in Thesin. 6. 7. 8. ubi demon-
stratum est, quod cum piis etiam impii resurgant,
quodq; hæc resurrectio futura sit universalis, & præter
eam nulla detur particularis. Imo videtur hic ipse
D. Animadvertens contradicere allatæ revelationi. I-
pse enim in Deduct. Germ. verbis ante allatis docet,
dass die extem-böse Menschen auferstehen werden 75.
Ea.

Tage nach der Auferstehung der Gerechten. Revelatio autem: die Unseligen Todten werden nicht wieder lebendig bis 1000 Jahr vollendet sind. Subsumo Die extrem-böse sind Unselige E. nec illi resurgent, nisi post M. añ os. Videat D. Animadvertens, quomodo hæc conciliet. Forte dicet, ⁷⁰ die Unseligen cum exceptione intelligendum esse; sed hoc modo vis verbis ipsis, quæ, prout jacent, accipi debent, inferetur.

LX. Hypothesis VII. Judicium vivorum consistet in tyrannorum & destructorum terræ deletione. vid. Glaubens-Gespr. p. 838 verbis n. LVII. initio allatis, ubi Nobilissima D. Animadvertentis Uxor judicium vivorum dicit pugnam illam in Harmageddone instituentiam, quæ describitur Apoc. XVI. 14: ad quam congregati fuerunt Reges terræ & populi totius orbis. Atque ita passim etiam in Animadversione de destructorum terræ destructione ante regnum millenarium instituentiã agitur. Neque aliã pœnã secundum Chiliastas affectum iri iudicatos illos quam, quod per gladium delectantur, inde patet, quoniam eo tempore neminem, præter eos qui LXX. vel LXXV. dies post resurrectionem primam resurgent, vivo corpore in gehennam projiciendum statuunt, ut habent adducta verba ex Colloquiis fidei. Eodem tendit etiam illud quod supra num LV. adductum est. Ita docet eodem in libro p. 816. Da wirstu erst deine Gläubigen zu dir samlen / daß sie mit dir kommen so solchem Gericht / da du die Heyden vertilgen wirst Item pag. 823. Mein Jesu! du bist der Treue und Warhafftige / welcher sich auff einen weißen Pferde sehen läst / du wirst richten und streiten mit Gerechtigkeit / wenn du die Völcker wirst zusammen bringen in Harmageddon / da du die unglückseligen Kriegs-Leute nach deiner Gerechtigkeit vertilgen wirst /

H die

die sich als eine unheilige Menge gegen dich versammlet haben. Du wirst sie ohne Mühe verderben durch dein feuriges Gesetz/ so zu deiner Rechten ist/ und aus deinem Munde gehet / als ein zweyschneidig Schwerdt / deine Feinde damit also zu tödten / das ihre eigene Schwerdter eins gegen das andere gehen/ bis sie alle auffgerieben sind / und deinem Volke ihre Güter zum Raube lassen müssen. Alsdenn werden sie erfahren / was sie ist noch verlachen / und gewahr werden / das deine Unmündige nicht närrische / sondern wahre vernünftige Worte gesprochen haben. Wie wird da dein Wort ihnen als ein zweyschneidig Schwerdt seyn / das sie überzeugen/ und zugleich richten wird / wenn du ihnen die klaren Worte unter Augen stellen/ und sie fragen wirst/ woher sie die Macht gehabt / mit ihren Glossen deine wahren Worte zu verdrehen / und deine Kinder / die sich an deinen Verheissungen / als einen festen sichern Anker gehalten / zu lästern / zu verurtheilen und zu verdammen / da sie doch gegen andere über einige Schrift-Derter gestritten / und behauptet / das man deine Worte einfältig verstehen müsse / und die verdammet haben / die solche nicht also / wie sie dastehen / annehmen wollen / womit sie sich selbst verurtheilen &c. Hic habemus totum processum iudicii, erit siquidem illud tale, ut Christus initio exprobrat gentibus, quod vel ipsum vel suum regnum chiliasticum non crediderint, & deinde verbis suis ita eos confundat, ut se mutuo ipsi gladiis suis conficiant. Impingunt itaq; hic in Assertionem 19. aliasq; iudicium enim quod S. Matthæus c. XXIV. 31 seqq. describit, tale erit, ut, qui in eo condemnantur, vivi in gehennam detrudantur, prout demonstratum est num. XXXVIII. Præterea iudicii apud Matthæum processus longe alius est, nam apud illum pii separantur, ab

im-

impiis, & quidem per Angelos &c. prout sæpius jam monitum est. Vid. num. XXXIII. XXXIV. XXXV.

LXI. Ex adductis etiam manifestum est, quinam à Christo tum judicandi sint juxta Chiliastas, scilicet omnes qui vel veræ pietati, vel doctrinæ chiliasticæ adversantur. Solent in genere tales dicere bestiam, vel Babel; ad utrumque volunt pertinere quicquid Christo adversum est in hoc mundo, hinc bestia & Antichristus ipsis sæpe alternant. vid. §. 23. Animadv. Quamvis autem futurum aliquem adhuc singularem & magnū Antichristum ipsos credere doceat. Animadv. in Deduct. Germ. §. 6. Denn gleich wie Johannes in seiner I. Epist. II. 18. Die ganze Zeit des Neuen Testaments bis auff den τ ΑΥΧΡΙΣΤΟΥ , den grossen Antichrist, wenn er soll durch die Erscheinung der Zukunft Christi umgebracht werden / eine Stunde nennet / so nun bald 2000. Jahre gewäret hat &c. In ipsa tamen Animadversione §. 26. hanc bestiam, sive Antichristum jam vivere & regnare docet verbis: *Cum vero in hunc usque diem M. illi anni Apocalyptici nondum fluere inceperint, quod ex regnante & vivente bestia satis cognoscimus &c.* quæ duo asserta, vix simul consistere possunt, de quo videant Chiliastæ. Illud autem ex allatis numero præcedente satis apparet, quod etiam præcipuè Chilasmo contradicentes Christus judicaturus sit, iis que valde crimen hoc exprobraturus in illo Harmageddone, quod scilicet clara & aperta Scripturæ verba de chilasmo in sensu proprio accipere noluerint in primis cum alios hæreticos ipsi eandem ob causam condemnarint. Sed ignoscat Matrona Nobilissima, istorum fidei colloquiorum Autor, quod hic mihi sumam illud asserere, Christum, si in extremo judicio quendam vellet condemnare, illam simpli-

pliciter ob causam, aliàs enim omnes homines jure possunt damnari, quod verba *Apoc. XX. 4.* in sensu literæ non præcisè acceperit, non minus injustè eum condemnaturum esse, quam si condemnare vellet quendam, quod verba *Joh. V. 28.* in sensu proprio acceperit. Quippe tum necessario à sensu literæ recedendum est, cum alia Scripturæ S. dicta sensui literæ, in proposito dicto, repugnant; sed dabitur inferius locus, hoc de *Apoc. XX. 4.* demonstrandi, cum ipsa Animadversio idem nobis dubium moveat.

LXII. De bestiâ adhuc notandum est, quod eam doceant quidem existere in Monarchiâ Romanâ, non tamen idcirco velint, omnes illius Imperatores & principes ad ipsam pertinere bestiam, qua de re frequentissimas in ipsorum scriptis reperire licet protestationes, Vid. *Glaubens-Gespr. p. 825.* Et D. Animadversus in *Ablehnung der schändlicher Auftragen &c.* Sed & hac de re inferius pluribus agendi dabitur occasio.

210 Addam nonnulla ex sæpe citatis Colloquiis fidei ad uberiorem pugnæ memoratæ declarationem pertinentia, & quidem p. 819. hæc habentur. *Mein Jesu! Was für eine Ehre werden deine Glaubens-Überwinder haben / wenn du sie dazu gebrauchest wirst / daß sie mit dir ausziehen sollen zum Streit gegen das Thier und sein Heer / und die Könige auff Erden / die sich allesammt gegen dich versammeln / und dein Volk werden vertilgen wollen / welches du aus Morgen und Mitternacht beruffen wirst; aber du wirst sie überwinden / denn du bist ein Herr aller Herren.* Ex quibus apertum est, quod ipsi etiâ Chiliastæ in hac pugna dimicaturi sint.

LXIV. Hypothesis VIII. Non tamen in hoc prælio gentes delabuntur omnes, sed remanebunt quædam servituti eorum, qui regnum in terrâ tenebunt mancipandæ, ut docetur in Præfati Animadversio-

fionis

tionis. Graviter hæc hypothesis impingit in Thefin-
 17. Matthæus siquidem c. xxv. 31. seqq. longe aliud do-
 cet, scilicet, in adventu Christi omnes homines vel
 in vitam æternam, vel in ignem æternum esse detru-
 dendos, imo totum hoc iudicium bello exequendum,
 à iudicio Matthæi immane quantum discrepat, velut
 in multis ostensum jam est; neque enim prædæ illius
 quam pugnaces nostri Chiliastæ ab hostibus sperant
 reportare, Matthæus quicquam meminit, multo mi-
 nus illorum quos ex hoc conflictu abducere volunt
 servorum; sed potius nullum mancipium ipsis speran-
 dum esse, utut cæterorum omnium maxima detur
 affluentia, ita probo: Omnes homines in adventu Chri-
 sti viventes, aut Christum in membris suis cibarunt, po-
 tarunt, &c. aut hoc ipsum non fecerunt: Priores tan-
 tum abest, ut servituri vel mancipia futuri sint, ut i-
 pși potius in regnum gloriæ & vitam æternam sint
 adoptandi *Matth. XXV. ult.* Posteriores non in servi-
 tium mancipandi, sed in gehennam detrudendi erunt
ibid. Ex neutrà igitur parte mancipia pro Chiliastis
 relinquentur.

LXIV. Hypothesis IX. Item ex ingenti illo exer-
 citu bestię prostrato, ac copiis innumeris Gogi & Ma-
 gogi, qui præ reliquis Ecclesiam tempore illo infesta-
 bunt, deletis, nonnulli remanebunt, qui sunt ex
 semine Gogi & Magogi, iique tempore regni in loca
 ab Hierosolymis remotissima se recipient, atque ita
 horum M. annorum spatio in immensum per genera-
 tionem se multiplicabunt, ut post illos exactos denuo
 Ecclesiam in Hierosolymis aggrediantur, & innume-
 ro exercitu contrà eandem in aciem prodeant. Ita
 passim docent Chiliastæ, quorum testimonia jam ad-
 ducta sunt n. LV. sub finem. Habet igitur hæc hy-
 po-

pothesis eandem Thesin. 17. sibi contrariam & eodem argumento constringi etiam hic possunt Chiliasta, quod adductum est num. xxxvi. cum hæc duo: Omnes impii in gehennam in adventu Christi detruentur, & quidam impii tam vivi in terrâ adhuc relinquentur, simul consistere nequeant. Prius autem est ipsius Salvatoris apud Matth. xxv. 31. seqq. posterius nostrorum Chiliastarum, cui itaq; parti credendum?

LXV. Hypothesis X. Post pugnam exactam diabolus ita ligabitur, ut amplius homines seducere nequeat: Ita passim docetur in scriptis Chiliastarum. Sufficiat unicum hic adduxisse locum ex *Send. Schr.* §. II. Ich (Christus) wil ausfahren in einer kurzen Zeit / und den Teuffel binden / daß er nicht mehr in den Lüfften schweben / noch das menschliche Geschlecht verführen könne. Quæ hypothesis pugnat contra Thesin 10. ubi ostensum est, quod Ecclesia, quam diu est in terrâ, sub cruce & persecutionibus premi debeat, vid. n. xxvi. xxvii. xxviii. At si daretur tempus, quo diabolus nullos homines seducere possit, nemo etiam pius esset infestaturus. Novi quidem hanc hypothesein desumptam esse ex Apoc. xx; sed ibi non fit mentio talis ligationis, per quam diabolus nullos possit homines amplius seducere, sed talis, ut non amplius seducat gentes, seu Ethnicos, eosq; in Ecclesiæ perniciem armet, id quod utiq; factum tempore Constantini. M. vel, ut aliis placet, Martiani. Atque hæc sunt præcipuæ hypotheseis de illis quæ ANTE REGNUM millenarium futura esse docent. Videndum jam, quid tandem, IN IP SO REGNO, eximiæ felicitatis sit expectandum?

LXVI. Hypothesis XI. Qui resurrexerunt in resur-

resurrectione primâ, unâ cum immutatis, erunt in novo quodam cœlo & terrâ novâ, quam vocare solent Hierosolymam vel paradisum, & satis magnifice describunt, tanquam locum aliquem ipsius cœli gaudiis non inferiora gaudia præbentem. Ex multis sufficiat illud quod habet D. Animadvertentis Uxor Glaubens. Gespr. p. 939. O was vor eine Klarheit wird von dieser Stadt (Hierosolymâ) alsdenn auff Erden strahlen / wenn die Gemeinschaft (communio fidelium in Symbolo Apost.) in ihrer rechten Krafft wird erkant und gespüret werden / davon dorten stehet : Ihr seyd kommen zu der Stadt des lebendigen Gottes / zu dem himmlischen Jerusalem : Da wird erstlich erscheinen / was diese Gemeinschaft vor eine Herrlichkeit hat / wenn deine Gottes Klarheit / die in diesem himmlischen Jerusalem leuchtet / auff das Jerusalem hienieden seine Strahlen also abwerffen wird / das nicht allein ganz Israel davon erleuchtet wird / sondern auch die Heyden / die da selig werden / in demselben Lichte wandeln werden. Sed manifeste ista pugnant cum Assertionem 24. ubi evidenter ostensum est, non esse præter infinitam æternamque beatitudinem in cœlo, aliud adhuc regnum gloriæ expectandum vid. num. XLIII.

XLVII. Hypothesis XII. Locus ille distinctus erit tum à cœlo beatorum, in quo Electi cum Deo per omnem æternitatem regnabunt, tam etiam ab hac ipsâ terrâ: Descendet quippe è cœlo in terram urbs illa Hierosolymarum; ita tamen, ut distincta quoque maneat ab illâ: Imo, cum in terrâ adhuc sit differentia temporis, illa in hoc paradiso non amplius erit, ita ut millennium illud regni chiliastici, hisce paradisi incolis tanquam unicus dies futurus sit, in quo nuptias celebrent cum Agno seu Christo; à quibus exclusa erit

Ecclesia in terris degens & regnans. Ita enim habent
 Glaubens. Gespr. p. 930. Weil dieses himmlische Jeru-
 salem / als die Mutter der Gläubigen / zur Zeit deines
 gesegneten Reichs vom Himmel herab kommen / und
 die neue Erde der zukünftigen Welt / mit ihren Kin-
 dern erfüllen wird / da sie die Hütte Gottes bey den
 Menschen seyn wird &c. vid. p. 898. Concinit his ipsa
 Animadversio §. 8. Verum hic iterum abeunt à præ-
 dictione Salvatoris *Matth. XXV. 31. seqq.* qui nihil novit
 de diverso hoc Ecclesiarum statu; sed post adventum
 suum omnes pios in unum idemq; regnum, ab initio
 mundi ipsis paratum, seu in vitam æternam; omnes
 vero impios in gehennam abituros docet, prout sapi-
 us jam ante inculcatum est. Thesisibus 16. 17. 20. &
 22. ubi ostensum est, quod non alibi præmium
 pietatis suæ fideles expectare possint, quam in cælo.
 Quid vero sentiendum sit de hypothese illâ, juxta quam
 M. anni temporis in æternitate unum diem faciunt,
 expositam est supra num. xxv. unde supervacaneum
 erit eadem hic repetere.

LXVIII. Hypothesis XIII. Ex præmissâ hypothe-
 si constat, aliquam etiam fore Ecclesiam in terris, tem-
 pore, quo pii regnabunt in paradiso: Id, quod præsup-
 ponit, hanc ipsam terram, unâ cum cælo tempore re-
 gni chiliaistici, seu per M. annos post adventum Chri-
 sti super futuram. Hinc totam mundi *παιδαγωγία* us-
 que ad finem seculi futuri protrahunt Chiliaistæ, ut an-
 te ostensum est; interim mirabilem ejus immutationem
 in adventu futuram docent, de quâ Glaubens. Gespr.
 p. 884. Da wirstu auch deine Creatur nicht ganz zu
 nichte machen / deun / ob gleich Himmel und Erden ver-
 gehen werden; so wirstu ihnen doch einen neuen Leib
 geben / wie du wilt / du wirst alles neu machen ein schli-
 ches

des aus seinen
 geschaffen ist /
 gemacht / und
 singlichen Gef
 ihren Gestalt /
 dem Fall gereig
 werden / weil sie
 ist / und so vie
 soll haben mis
 die grobe Thier
 in deiner
 nicht mehr so gr
 diese solche Eo
 Himmel wird a
 den / die da d
 Ex interjed
 dem Menschen
 es den ander
 issenden Th
 in der Mensch
 in Drache / der
 wunden seyn.
 mensa sunt &
 ten, quod cum
 mundi.
 LXIX. H
 traet populus
 numerum ex c
 bus malis & aff
 sub initium ex
 gemina tradit
 dicationes reg
 Ecclesia in ter

Ches aus seinem eignen Samen / der auch aus dir ge-
 geflossen ist / als du die unsichtbahren Dinge sichtbar
 gemacht / und wirst sie auch zu deiner Zeit aus der ver-
 gänglichen Gestalt wieder heraus führen zu der neuen
 ersten Gestalt / die sie vor dir in deinem Paradies vor
 dem Fall gezeigt haben; ja du wirst sie noch herrlicher
 machen / weil sie so lange um deinentwillen der Eitel-
 keit / und so vielem Jammer / wegen des Menschen
 Fall haben müssen unterworffen seyn. Da werden sol-
 che grobe Thiere nicht seyn / weil sie weder Speise noch
 Platz in deiner neuen Erde finden würden / die alsdenn
 nicht mehr so grob / sondern clarificirt seyn / und auch
 lauter solche Körper in sich haben wird / und der neue
 Himmel wird auch von den verklärten Leibern angefül-
 let seyn / die da ähnlich seyn dem verklärten Leibe Chri-
 sti. Et interjectis nonnullis, da wird dein Bund zwö-
 ften Menschen und Thieren gemacht werden / daß kei-
 nes den andern verlese. Da wird man mit den sonst
 reißenden Thieren spielen / und wird beydes die Tyran-
 ney der Menschen und der Thiere abgethan werden / weil
 der Drache / der sie zum Grimm aufgewecket hat / wird
 gebunden seyn. Verum hæc & similia figmenta jam
 expensa sunt & refutata num. XVIII, seqq. ubi osten-
 sum, quod cum adventu Christi connexa sit *πανολεθρία*
 mundi.

LXIX. Hypothesis XIV. Ecclesiam in terris con-
 stituet populus Israel collectus & conversus, nec non
 innumeri ex conversis gentibus, eritq; illa ab omni-
 bus malis & afflictionibus immunis. Vid. quæ n. LXVIII.
 sub initium ex Glaubens-Gespr. adducta sunt, quibus
 gemina tradit Animadv. §. 33. ubi inter multas depræ-
 dicationes regni chiliaistici expresse asserit quod in illo
 Ecclesia in terris futura sit IMMUNIS AB OMNIBUS

TAM TRISTIBUS QUAM TURPIBUS MALIS. Quam falsa autem sint omnia quæ hi & ibi traduntur pluribus ostensum est num. XVI. XXVII. XXVIII.

Hypothesis XV. In hanc Ecclesiam imperium habebunt illi, qui sunt in paradiso, sive filii resurrectionis primæ, ut docetur in præfatione Animadversionis, & quidem ita, ut alii in decem urbes, alii in quinque &c. dominatum obtineant. Agitur hac de re in Glaubens-Gespr. p. 864. seqq. Gleich wie die Engel über diese Welt regieren; also / und mit grösserer Herzlichkeit / werden deine Gläubigen mit dir jene Welt regieren / und die so treu gewesen sind / von dir über viele gesetzt werden / da wird die Freude deines Herzens gesehen werden / wenn du denen / welche mit dir gelitten / herzlich seyn / und ihnen ihre kurze und leichte Trübsahl mit ewiger / und über alle Maasse wichtiger Herzlichkeit ersetzen wirst / da die / so vormahls untergedrückt worden sind / nun solche Herren werden in deiner künftigen Welt / (regno chiliastico) die nicht etwa über ein Land böser Buben und unartiger Menschen gesetzt werden / die ihnen viel Unruhe und Verdruß machen / sondern über solche / die lauter Gerechte seyn werden. Auch werden sie nicht in leinern Häusern mehr wohnen / gleich denen / die hier über viele geherrschet / sondern in dem Hause / das vom Himmel und von Gott erbauet ist / in der Stadt deines Gottes die vom Himmel hernieder kömmt / von deinem Gott / da wird gut wohnen seyn! da wird sichs gut regieren lassen!

Verum,

O furor, ô nimium dominandi innata cupido,
Mortales quo cæca vehis? Quo pectora, fastus,
Proripis? O fragilis damnosa superbia sceptri!
Vide etiamquæ habentur sub initium hujus sectionis

p. 864.

p. 864. Ubi domini istius in urbes vel decem vel quinque vel duas magis apertam facit mentionem. Sed habeant sibi suas urbes nostri Chiliastæ, quarum equidem totum terrarum orbem vix crediderim capacem fore, licet singulis sanctis unica tantum urbs regenda subjiciatur. Aliud nos docet sacra Scriptura, nostraque præmia nobis promittit non in terrâ sed in cælo, velut ostensum est thesi XXII. Est autem hæc hypothesis Chiliastarum præ reliquis notanda, quoniam in illâ, animum suum ad terrestria abjectum maxime produnt, cum alibi, se nihil in regno chiliastico nisi cælestia & invisibilia quærere, verbis quidem profiteantur, vid. Glaubens. Gespr. p. 944. seqq; at nihilominus animum dominandi in terris cupidum, ita abscondere nequeant, ut eundem in aliquibus regni hujus quas fingunt, circumstantiis intermicantem, nemo possit animadvertere.

LXX. Hypothesis xvi. Ecclesia hæc in terris habitabit in urbe amplissimâ, quam etiam appellant Hierosolymam, atque ibi per generationem in immensum se multiplicabit, regnans super omnes gentes Christo subjiciendas, ut ita Ecclesia sit tum demum una, sancta & Catholica. Ita docet Animadv. §. 22. qui omnino hic legendus, ubi prolixè declarat, omnes articulos Symboli Apostolici qui post sessionem Christi à dextris Dei collocantur, ceu adhuc implendos à nobis credi. Hinc & remissionem peccatorum in futuro demum regno chiliastico locum habituram dicit, quam hic fide tantum credamus & sentiamus, cum tamen illa quotidie jam in hoc vita certissime & abundanter cuius fidei ipso actu contingat. Quis autem D. Animadvertenti hanc dedit potestatem, ut symbolum illud pro lubitu explicet? Num quis etiam orthodoxus ante eum id

sic explicavit? Aut num credemus Ecclesiam per multa secula nec ipsum fidei suæ Symbolum recte intellexisse? Absit! Quod si vero quæras, cur in Symbolo adventui Christi ad iudicium non statim subjungatur resurrectio carnis, causa nulla erit alia, quam quod Symbolum articulos de singulis Trinitatis Personis voluit præponere, iisq; ea quæ præter hosce etiam credenda sunt subungere, qualia sunt una, sancta, Catholica Ecclesia &c. usq; ad finem Symboli. Interim quamvis non omnino negandum videatur, fore aliquod tempus in quo Ecclesia in statu multo florentiori sit constituta, quippe quod excellentissimis etiam nostri temporis Scripturarum scrutatoribus in illarum lectione deprehensum fuit: Tale tamen, tamque beatum tempus id esse minime poterit, quantum à Chiliastris nostris deprædicatur. Neque etiam M. anni Apocalyptici ex c. xx. ad illud tempus referri poterunt, cum finem omnium rerum instare suo jam tempore D. Petrus docuerit *1. Epist. IV. 7.* Deinde hæc hypothesis mediate etiam tendit contrà num. xxvi. seqq. vult enim in felici regni hujus tempore adhuc generari homines fideles qui proinde per totam vitam erunt malorum omnium expertes juxtâ hypoth. præcedentem. At hoc fieri non posse l. c. satis est ostensum.

LXXI. Hypothesis XVII. Utraque Ecclesia, tam paradisiaca, quam terrena, arctissimâ communionem erit conjuncta, quæ est illa ipsa communio sanctorum, quam profiteamur in Symbolo Apostolico: Ita docet Animadv. §. 27. & 10. multis modis communionem illam deprædicans, imo & ipsam orationem Dominicam eo trahens: Verum & hac Scripturæ S. omnino sunt contraria, quæ unum idemque regnum omnibus fidelibus paratum docet Matth. xxv. 31. seqq. vid. num. XXXIX.

LXXIV.

LXXII
paradisiaca, te
Chiliastris n
manifesta i
omnibus tan
fore Eccle
docet Animadv
quædam quam A
tatem Dei te
in celo, ita
Dei ut locus
nam illum
motidie a
tias tua sic
sententia
labit regno
vibus piis
atum Israel
rum statu
idem fide ju
exsuperanti
vix abitur
mensis, cum b
horitas factus
biata est, ibi
ocelle est.) Je
quot nimir
paludibus s
& ab Hiero
quam futu
ta, jamdudum
qui in regno C
tem nullo pec
cum esse ex

LXXII. Hypothesis XVIII. Ecclesia non tantum paradisiaca, sed & terrena nullis peccatis erit inquinata. Ita Chiliaftas nostros statuere vix quisquam crederet, nisi manifesta ipsorum dicta id evincerent. Siquidem ab omnibus tam tristibus quam turpibus malis immunem fore Ecclesiam in terris tempore regni chiliaftici docet Animadv. §. 33. Omne autem peccatum, tam Originale quam Actuale est malum turpe. Et §. 27. Voluntatem Dei tempore regni chiliaftici docet futuram, sicut in cœlo, ita & in terrâ; in cœlo autem ita fit voluntas Dei ut locus peccato non detur. Unde in hac vitâ nunquam illum pietatis gradum obtinebimus, licet ad eum quotidie aspirare debeamus, & ita rogare: Fiat voluntas tua sicut in cœlo, ita & in terrâ. Manifestius suam sententiam ex primit, dum in §. 27. ita pergit: *Exulabit regnans peccatum, & sopitum erit, ambulans in semitis mandatorum Dei, quæretur peccatum Israelis, nec invenietur, nam populus in illo temporum statu victurus remissionem peccatorum, quam quidem fide justificati jam nunc credimus & sentimus, in exsuperantiori tamen numero & gratiâ videbit: Non enim rixabitur amplius Spiritus Dei 120. annis jubileis emensis, cum homine, qui caro est, tunc vero ex Spiritu Spiritus factus, (at ubi lucta inter carnem & spiritum sublata est, ibi nec peccatum originis amplius superfit, necesse est.) sed refocillabitur Creator in creaturâ suâ, quotquot nimirum in monte sancto inveniuntur, exceptis illis paludibus salsedine suam retinentibus Ezech. XLVII. 11. & ab Hierosolimâ remotissimis.* Hæc vero omnia nunquam futura esse, quamdiu in his terris erit Ecclesiâ, jamdudum demonstratum est, cum hoc modo illi, qui in regno Chiliaftico nascentur, per totam suam vitam nullo peccato sint inquinati, id quod absurdissimum esse ex thesi undecimâ est manifestum.

LXXIII. Hypothesis xix. Sancti in regno millenario non morientur, sed totos illos M. annos vivendo explebunt. Ita Chiliastæ nostrates statuere jam supra num ix. & x. ipsorum testimoniis est declaratum. Sed graviter hic impingunt in thesin. 12. ubi ostensum est, moriendi necessitatem toti generi humano, quicumque ex posteris Adami nascentur, impositam esse, neque ullum, nisi mere per accidens ab illâ absolvi posse. Atque hæc præcipua sunt ex illis, quæ in ipso regno Chiliastico sibi promittunt, qui D. Animadvertentem ejusque Nobilissimam Conjugem sequuntur. Quod si enim omnes & singulas hujus regni & felicitatis circumstantias hic congestas exhibere voluissim; tum utique illarum summa ultra ipsum quos regno huic determinant, annorum numerum excrevisset. Restant itaque paucis jam a solvendæ, hypotheses *de his, quæ millennalem hanc beatitudinem sunt subsequutura.*

LXXIV. Hypothesis xx. Christus M. annis regni præterlapsis, seu immenso illo nuptiarum die expleto, abdicabit regni sui administrationem, & Patri, à quo acceperat, eandem reddet, fietque tum ipse Patri subjectus, quod iisdem fere verbis docet D. Animadvertens sub finem §. 27. in Animadversione. Atque eo tendunt etiam quæ in *Glaubens-Gespr.* p. 86. docentur, quod scilicet tum desituri sint fideles esse super urbes 10. aut 5. &c. Hinc §. 29. locum illum 2. Tim. IV. 1. obtestor te coram Deo & Domino nostro Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos in illustri adventu & regno suo, non posse accipi de judicio extremo docet: Ratio ipsius est, quoniam in judicio extremo Christus regnum suum Patri tradet. Argumentum erit tale:

Quodcumque judicium Christus habebit in regno

gno suo, id non poterit habere cum regnum Patri tradet.

Tale autem est iudicium 2. Tim IV. 1. Juxtâ D. Animadvertentem ergo Christus tempore extremi iudicii, regnum suum non retinebit, alias enim totius argumenti connexio vana esset. Impugnat ergo Assertionem II. ut ut hoc se facere præfractè neget §. 33. dicens: *Regnum, quod ego credo, non Ecclesia militans, sed regnum illud est, quod sancti occupabunt, & quod æternum est, Dan. VII. ult. Nam licet modus ille regiminis, quo Christus cum suis dilectis M. annos regnabit, desinet, uti desit modus ille & status exinanitionis; tamen nec Christus ipse, aut beatitudo sanctorum cum Christo desinet; (verum potest utroq; manente regnum ipsum interire, sicut status exinanitionis, quem exempli loco adducit, vere desit, si scilicet, tam Christus, quam Sancti nullos amplius habeant subditos, ut volunt Chiliastæ post millennium exactum, sed utriq; Deo, licet beatitudine retentâ subijciantur) sed semel incepta in omnem æternitatem durabit; unde, quotquot in resurrectione primâ sub initium millennii sumus, apud Dominum πᾶντῶς erimus, semper in æternum.* Hæc omnia inquam non juvabunt D. Animadvertentem, ut regnum illud nihilominus maneat æternum, cum expresse asserat Christum administratione regni se abdicaturum; at Gabriel: Regni ejus non erit finis Luc. I. 33.

LXXXV. Hypothesis XXI. Et tum demum in domum patris, hoc est in cælum, pios à Christo abductum iri, ex mente Chiliastarum, patet ex illis quæ superius n. LXVIII. ex Animadv. §. 8. fuerunt adducta. Sed & hujus hypotheseos contrarium ostensum est in Asfert. 23., quod scilicet Christus fideles suos statim post ad-

adventum in domum Patris sit deportaturus. Deinde non leviter hic aberrant in eo, quod pro sponsâ Christi illos è fidelibus tantum habeant, qui in Ecclesiâ supernâ futuri sunt, ut ex eodem loco Animadversionis apparet, cum potius præconium hoc toti Ecclesiâ, omnibusq; fidelibus competat, qua de re tamen hoc loco litem Chiliastis non movebo.

LXXVI. Hypothesis xxii. Ecclesia autem interris Christi præsentia, quâ per M. annos gavisa fuit, carens, denuo infestabitur à Gogi & Magogi reliquiis per illud M. annorum spatium in immensum auctis, quas tamen in ipso molimine Deus igne cœlitus dimisso consumet, ac tum ipsam etiam mortem tollet. Ita enim habet Animadv. §. 19. *Post absoluta illa tempora iterum Gog & Magog in posteris suis, in M. illis annis in locis suis ab Hierosolymâ remotissimis auferentibus & in salsedine suâ & obduratione manentibus, Ezech. XLVII II. visitabitur, unâ cum Sathanâ, qui ex abisso per parvum temporis spatium solutus, & contra dilectam Dei urbem sese & Gog & Magog movens in lacum ardentem, ubi bestia & pseudopropheta erant, detrudetur.* Sed & horum vanitatem deprehendere possumus ex illis, quæ antea thes. 17. deducta sunt, scilicet, nullas reliquias Gogi & Magogi post judicium in adventu Christi habitum, in terris residuas posse manere. De mortis abolitione habentur hæc in Glaubens-Gespr. p. 790. *Denn ob der Todt zur selbigen Zeit (tempore primæ resurrectionis) noch nicht aufgehoben ist / sondern erst nach den Apocalyphtischen 1000. Jahren / wenn du dem Vater das Reich überantworten wirst / aufgehoben / und in den feurigen Pfuhl geworffen wird; &c.* Huc trahit illud Apoc. xx. 14. ubi tamen longe aliam mortem intelligendam esse, quam mortem cor-

corporis, inde patet, quod mors non sit substantia vel suppositum, quod in aliquem locum possit projici; sed ens merè privativum, adeoq; nonens. Quis vero concipere queat, qua ratione nonentia possint in lacum sulphure adventum projici? Manifesta absurditas, quâ vel solâ quicquid ex Prophetarum Oraculis eruunt nostri Chiliastæ, satis suspectum reddere valeant.

LXXVII. Hypothesis xxiii. Post hæc Ecclesia in terris vivens in ipsum cœlum deportabitur, postquam à Christo singuli fideles prius erunt immutati. Docet hoc Animadv. §. 33. Quicumq; in hanc florentem „ Ecclesiam, quæ in terris est, è deserto intrant, illi ex „ tribulatione ad felicem aliquem statum perveniunt „ & promissione sanctâ fruuntur, usq; dum ipsi immu- „ tati ad cœlestia transferantur. Conf. Sendschr. §. II. „ Id quod pugnat contrâ thesin. 23. ubi fideles statim post adventum Christi in cœlum assummendos esse demonstratum est.

LXXVIII. Hypothesis xxiv. Sequetur hæc alterum Christi iudicium in solos mortuos habendum, ita ut Christus non descendat, ad ipsos iudicandos; sed mortui sistantur ipsi. Agitur hac de re in Glaubens- Gespr. p. 837. Item in Animadv. §. 26. *Atque ut hæc „ plenius haurias, notandum est, in iudicio post M. annos „ à Deo instituendo non vivos & mortuos, sed tantum „ mortuos esse iudicandos. &c.* Et interiectis nonnullis: *Post M. annos non descensurus est Christus, sed omnes i- „ psi sistentur mortui.* Quæ impingunt in thesin. 7. 8. 16. 18. &c. Cæterum omnia regnum M. annorum secutura complexus est Animadvertens in §. 27. qui omnino legi hic meretur.

LXXIX. Breviter autem ut complectar totum vanitatis Chiliasticæ nexum, & sub continuâ narra-

tione eundem exhibeam, liceat omnia in metricum aliquod vaticinum, quale forsan Poeta chiliafticus foret daturus, conjungere & repetere; quod fit hujusmodi :

Buffa praeclusas aperite fauces,
Findat immanis tumulos hiatus,
Surgat ut tandem gelidis ab umbris
Sancta propago.

Exeant caecis latebris sepulchri,
Quos fides Christo, pietasq; junxit,
Sive submersos tegat hosce Nereus
Aequoris undis.

Sive qui victus avidos leonum
Sanguinis fluxu repidi rigarunt,
Sive quos clausos latebris Papista
Stultus adorat.

Intonat clangor litui strepentis:
Ecce supremi soboles Monarchae
Nube descendens, medias subintrat
Splendidus auras.

Aureum cerno jubar, & cornucopas
Igne caelesti radios, notantes
Nubium tractus, Tyrii decoro
Muris is ostro.

Hem, quis hic tantus per opaca tollit,
Et per umbras nebulas in altum
Abripit flatus, rapidusq; turbo
Corpora sancta?

Sive qua testis Acheron sepulchris
Exspuit, curvoq; Charon phaselo
Dirus eduxit tenebris, remenso
Flumine Lerhes.

Sive quos vivos reperit per orbem
Tempus hoc sanctos, rapiuntur Euro,
Atq; conjuncti Tibi congregantur
Arbiter avi.

Quantus armorum strepitus, procella

More per totum fremit Harmaged-
don!

Quis furor tantus rapit in nefanda
Foedera Reges?

Ecce, quam Gogus simul ac Magogus,
Perdat ut sanctos, acuit macharas!
Irruunt, strictaq; petunt Sionis
Cuspide catus.

Turbat ast horum, superis & imis
Imperans, sacrum scelus ac furorem,
Dum petis terra, Crucifixe, magnus
Limina Judex.

Sancta que tecum nitidas per auras
Insidens albis properat caballis
Turba, romphais scelerata strictis
Agmina sternit.

Mutuo sese jaculis in ipsos
Turba vibratis maledicta tollit,
Donec occumbunt acies tremendo
Funere mersa.

Sanguinis quantum pelagus patentes
Proluit campos! rutilusq; venis
Humor eductus, madefacta celat
Culmina montis:

Ergo, dum prostratus, io triumphe!
Catus execrandus, io triumphe!
Gogis effusi jacet hic sub atro
Sanguinis imbre,

Ceteros victrix rigidis catenis
Mancipat raptos acies Sionis.
Interim paucos fuga turpis aufert
Ad vada falsa.

Ille spumantis pelagi cruorem

Brachiis scindens pedibusq; mersis,
Fertur extensus, madidosq; signat
Corpore tractus.

Librat hunc durâ sterilis bipenni
Pinus in saltu viridi resecta:
Alter in summis, loca sicca quarens
Moneibus heret.

Plurimos mergunt vada rubra fusi
Sanguinis: Verum nitidas cohortes
Elevant aura, radiantis Agni
Signa sequentes.

Hosce præsignis decorat corona,
Sceptra gesturos venientis ævi,
Dum pius Agni thalamos subintrant
Veste nitenti.

Ex spunt, pravum genus, orbis hæ-
dos,

Busta, quos ripa pice sulphurisque
Igne flagrantes capiunt, in ima
Tartara mersos.

Mundus, en præscam varians figurâ,
Æmulum cælo decus, ac nitorem
Accipit, sedemq; dat Israeli
Templa novanti.

Imperat sancta pia Nympha genti,
Quam tenet celsis Paradisus auris
Arte suspensus, nitido fruentem
Lumine cæli.

Luce, quæ nostri radios diæi
Septies vincit, neq; noctis umbris
Pellitur, dum nox jubar æquat hujus
Solis opaca.

Vescitur largis dapibus caterua
Sancta, quas vita dedit arbor alma
Atq; cælesti recreantur horum

Pectora manna.
Vina degustant, roseiq; uccos
Nectaris, quales viridis Palerni
Nesciunt campi, teneris racemis
Ferre liquores.

Pauca delibant, sociis fruentes
Gaudiis, cætus Israelis, hujus
Gloria, quorum sobolem gubernat
Nupta Tonantis.

Tempo antiquum redit his in aurum
Exulat, quicquid metuit propago
Nostra, nec morti superest potestas,
Crimina cessant.

Interim Phœbi radiantis axis,
Dum per obliquum properare gyrum
Millies jussus simul expetita
Tempora claudit,

Dira prostrati soboles Magogi,
Viribus surgens iterum receptis,
Bella felici populo minatur
Armaq; vibrat.

Flamma cælestis cremat hos, volentes
Mœnitis cassas penetrare sedes.
Aura mutatos rapit ad suprema
Culmina sanctos.

Sceptra deponens Soboles Tonantis,
Judicat tandem reliquos sepultos:
Interit, flammisq; perit cremata
Machina mundi.

LXXX. Atque ista sunt præcipua, quæ de circumstantiis regni millenarii in Chiliastarum nostratium scriptis deprehendere mihi licuit: Formari jam poterit ex prolixius ante disputatis hujus modi Argumentum:

Quæcunq; doctrina in præcipuis suis hypothesibus contradicit analogiæ fidei ex apertissimis Scripturæ S. testimoniis deductæ, illa non potest pro verâ haberi, sed est manifestissimus error.

Talis autem doctrina est Chiliaismus. Ergo &c. Major ex ipsis terminis est manifesta, nec vel â Chiliaistis in dubium vocari potest.

Minor in præcedentibus aperte & ad oculum fuit demonstrata. Manet ergo Conclusio. Atq; ita patet, quid de doctrinâ Chiliaistarum nostratum sit sentiendum, nempe quod nihil sit nisi vana persuasio & svave somnium, Scripturæq; S. *Νε. π. π. δ. λ. ω* contradicens, uti iudicat B. Balduinus Commentar. in Epist. ad Thessal. cap. IV. Neq; ab hoc iudicio nos absterrere debet, quod multos pietati egregie operam dantes hoc errore videamus imbutos, aut ei saltem haud parum faventes: Habemus enim unicum saltem dijudicandorum dogmatum principium, quod est Scriptura S. non vero vita & mores docentis. Et notandum insuper, quod callidissimus Satanus versutiâ suâ hominibus ita soleat illudere, ut si quem cœtum videat in orthodoxâ doctrinâ firmum, ita ut in illo nullus saluti officiens error vigeat, ibi impietate vitæ homines in suum regnum pertrahere conetur; at si animadvertat, quosdam eo animo esse, ut ad pietatem magis inclinent, nihil versutia ipsius invenire potest callidius, quam ut illos vanitate & falsitate doctrinarum in quævis devia abripere tentet? Ab utroq; ergo diaboli laqueo maximopere nobis cavendum est, & studendum, ut tam puritatem doctrinæ, quam veram vitæ sanctitatem ubiq; retineamus. Deinde & hoc observandum, quod inter illos qui se ita â reliquis segregant, non omnes tales sunt, quales forsitan externâ facie videri

lunt. Quippe inconversatione cum hujus generis hominibus, in multis, præter vanam & tumidam arrogantiam, nihil deprehenditur, propter quod reliquis Christianis sanctiores videri possent. Sunt tamen etiam inter eos, qui corde sincero Deo placere student, & tales tanquam optatissimos in Christo fratres amplectimur, quos tamen nunquam chiliafmo ita faventes vidi, ut eundem tanquam certum aliquod & divinum dogma propugnarent, aut cuivis credendum obtruderent; sed mitiora saltem illi solent optare judicia, nec ut illa omnino rejiciantur, admittere, quæ de Chiliafmo inter nostrates spargi cœperunt. Spero autem & illorum pleròsq; , si exactum velint scrutinium instituere in illas circumstantias, quas millenario regno in scriptis suis adjiciunt nostrates Chiliafistæ, easque ad normam verbi divini exigere; jam aliter judicatuos, nec illis qui dogma hoc aperte falsum pronunciant, vitio id versuros esse.

LXXXI. Nolite ergò vos, qui Pietistæ audire vultis, toti Ecclesiæ nostræ id imputare, quod ob pietatem persecutiones patiamini, quemadmodum eo tendit D. Animadvertens in *Ablehnung der schändl. Aufslagen* §. 7 Hoc enim omnibus pietatem amantibus, quales etiam, Deo sit gratia, extrà Pietistarum gregem haud pauci dantur, commune est, ut exosi sint mundo. Si ergo ex vestris nonnulli sinceræ pietati operam dant, atque eam ob causam à vulgo irridentur, communi huic Christianorum sorti illud tribuere debent, nec propterea nostras culpæ ecclesias, cum saniores nostratium talia nunquam vitio vobis verterint. At, quod magnopere dolendum est, plurimi vestrum in suo pietatis studio ita se gerunt, ut ipsorum Pietismus non possit non à nostris plane improbari. Illos dico, qui

peculiarem præ cæteris affectantes & jactantes sanctimoniam, non solum legem Dei perfectè ab homine impleri posse asserunt, sed etiam exactos illius observatores se venditant: Eos autem qui suæ sectæ non sunt, Theologos carnales, filios mundi, ut pejores titulos jam supprimam, appellare non erubescunt, ut ut ipsi nesciant, quo animo in Deum & proximum tales sint affecti. Adeo quippè proclives sunt in damnando suo proximo, altisq; superciliis despiciendo, ut neminem, nisi vel Pietistarum sectatorem, vel saltem iis non contradicentem, pro Dei filio, haberi velint, & quod maximum est, Enthusiasmum tam subtilem, qui consistit in solâ persuasione internæ illuminationis per Spiritum S. absque Verbo Divino factæ; quam crassum, vanis visionum phantasiis ipsos decipientem, cum Chiliafmi delirio certatim fovent, multosq; pietatis externi splendore in similes errores ac vanitates deducunt. Si in explicatione Scripturarum oriatur cum ipsis controversia, ad suam internam suggestionem provocare plerumq; solent; contra quam si quis urgeat principia hermeneutica & manifestas rationis consequentias, illum tanquam expertem illuminationis divinæ tantum non planè execrantur, multum naturæ, at parum gratiæ habere crepant, & rationis consequentias in Scripturâ interpretandâ admittere nolunt, sed captivandam hic docent rationem. Audiatur omnium loco D. Animadvertentis Uxor in Glaubens-Gespräch p. 824. Zwar deine Kinder wissen wol / daß du (in Scripturâ Sacrà) durch deine Gleichniß und Bilder ihnen viele geheime Dinge vorstellst; aber sie merken auff deine Deutung / und nicht auff die Folgeren der Vernunft; die so sehr von deiner Wahrheit irret / denn dein Geist eröffnet das Verständniß / un erklärer Schrift durch

durch Schrift. Qua de causâ etiam exprobrat summè Venerabili D. Præceptori D. Animadvertens §. 48. quod secutus sit rationem, malum in rebus Theologicis rite dijudicandis magistrum. Fateor quidem, rationem simpliciter acceptam non adhiberi posse ad rerum Theologicarum dijudicationem, sed tamen eo modo, quo à Summè Venerabili Dno. Præceptore adhibita est, quatenus nimirum ab illâ ipsâ leges consequentiarum dependent, etiam ejus judicium in sacris valere, ex mox dicendis manifestum erit.

LXXXII. Tales igitur Pietistas, quales præcedenti numero descriptos exhibui nemo, cui vera adhuc & infucata pietas atque pura Verbi Divini veritas cordi est, probare poterit. Si autem sit Pietista, qui suas infirmitates & deliquia quotidiana in verâ contritione agnoscat, inutilem semper se existimet servum, nihil ultra debitum, & ne id quidem sufficienter Deo præstare valentem, & in unico Salvatoris sui merito omnem salutis spem habeat repositam, suis operibus nihil tribuat, sed potius se omnium fidelium minimum arbitretur; interim ita vivat, ut in omnibus suis actionibus Deo placere studeat, ac cætera hominis Christiani requisita diligenter observet, nullos præ se contemnens aut odio habens, quos videt similiter integro animo servire Deo, ejusque gloriam ubique quærere, nec erroribus Enthusiasticis & Chiliasticis propter nudam quorundam, qui pii ipsis videntur, autoritatem pertinaciter adhærere, vel illis contradicentes execretur, aut ab illorum societate spirituali se segreget; sed potius, ut verum Christianum decet, illud solum pro normâ fidei habeat, quicquid in Scripturis S. verbis perspicuis & apertis docetur: Hujusmodi inquam Pietistam, si modo hoc nomen de tali Christiano recte prædicari

ri

ri eiq̄ competere possit, tantum abest, ut odio profecuti
 turi sint nostrarum Ecclesiarum Doctores & Profes-
 sores, cæteriꝑue saniore inter nos mente præditi (nun-
 quam enim illud obtineri poterit, ut cætui cuidam fi-
 delium non sint admixti impii & derisores, qui pieta-
 ti operam dantes pro ludibrio habent) ut potius eun-
 dem, tanquam hominis Christiani sincerum exemplar,
 maximo in pretio sint habituri.

LXXXIII. Si qui igitur inter vos tali sunt ani-
 mo, illi noverint, se à multis fidelium millibus inter no-
 strates sincero corde amari; at reliqui, quorum falsa
 doctrina aliq̄ vitia, quicquid habent studii pietatis,
 depravant, nec Deo nec fidelibus poterunt probari,
 etiamsi vel integros dies canendo & libros Theologi-
 cos legendo exhauriant. Quamvis ergo tam sanctos
 pronunciare nos non possimus, qui ipsam Dei legem
 implere valeamus; Absit tamen, ut omne pietatis stu-
 dium in nostris Ecclesiis extinctum sit, nulliq̄ amplius
 illud urgentes inter nostrates reperiantur: Aliud te-
 stantur edicta Serenissimorum Principum nostrorum,
 quibus severe, munere Ecclesiastico fungentes, jubentur,
 ut studium sanctimonix suis auditoribus diligenter
 inculcent. Aliud intendunt tot præclaræ adhortatio-
 nes, quibus Academiarum nostrarum Professores cum
 studio Theologico etiam studium sinceræ & infucatæ
 pietatis suis auditoribus inculcare desudant. Aliud
 declarant tot egregiæ conciones, quibus Viri de Ec-
 clesiis nostris optime meriti homines in pietate ædi-
 ficare quotidie student, ut adeo atrox sit calumnia,
 cum omnem pietatem apud nos elanguisse, & carna-
 lem Theologiam saltem vigere; Spiritus vero San-
 cti illuminatione nos plane destitui, & à filiorum Dei
 consortio nos remotissimos esse ubique ebuccinant il-
 li,

H, qui soli Deo chari volunt haberi. *Quæro enim,* quis Deo fit acceptior; ille ne, qui id tantum studet, ut ab omnibus habeatur pietatis studiosus; an ille, qui sincero corde Deum amans in abscondito opera pietatis juxta Matth. VI. 4, 6. exercet, non quærens ut pius prædicetur â mundo; sic tamen vivens, ut etiam exterius bono exemplo omnibus præluceat?

LXXXIV. Quod si causam quæras, cur nostri Theologi hisce inflatis Theosophis habeantur pro carnalibus, non erit alia, quam quod Enthufiasmum ipsorum, â veritate Verbi Divini ad vanas internarum suggestionum & phantasticarum visionum deceptiones nos abducentem, approbare nolint. Sane illuminationem internam Spiritus S. quæ fit per meditationem Verbi Divini, nemo ex nostris uquam negavit: Quin etiam Scripturam S. non posse *salutariter* intelligi, sine accedente Spiritus S. operatione, constanter docemus (licet genuinus & legitimus ejus sensus ex solius rationis principiis exegeticis decenter adhibitis, â quovis etiam infideli, per lumen naturæ, absq; speciali cooperatione Spiritus S., erui possit & deduci) unde nihil est, quod Summè Reverendi atq; de Ecclesiis nostris præclare meriti D. Speneri Theosophiam contra nostrates in medium producat D. Animadvertens §. 49. quippe in quo Scripto laudatus Autor nihil ultra id, quod ante assertum est, docet. At verum nihilominus manet illud, quod in Programmate asseruit Summè Venerabilis Dominus Præceptor: *Ad hauriendam ex Scripturâ Sacrà veram fidem non opus est revelatione aut afflatu extraordinario:* (NB non hic excluditur ordinaria illa Spiritus S. operatio, quæ ubiq; cum meditatione Scripturæ S. conjuncta est, seu vis illa interna, quæ ipsi Verbo Divino insita est, ex

operatione Spiritus S. proficiscens) *Ad cognoscendum, hunc esse solem, lumine alio opus non est, cum ipse sol feriat oculos & luce perfundat: Scriptura sol est, nec sole indiget.* Utroque modo enim id veram manet, si-
 ve spectes, qua ratione fides ex Scripturis hauriatur, si-
 ve quomodo ipsius sensus investigandus sit. Ad prius quidem requiritur cooperatio Spiritus S.; sed illam ipsam Verbum hoc Dei sibi jam habet conjunctam & quasi insitam, quæ in unoquoque illud legente, modo non voluntariè huic efficacix resistat, sese exserit, juxtà Hebr. IV. 12. Vivus est sermo Dei, & efficax, & acutior ancipiti gladio, penetrans, usque dum separet spiritum & animam, ossa & medullas. Ad sensum autem Scripturæ, saltem quantum ad fidei nostræ theses ex illâ deducendas attinet, investigandum, speciali concursu Spiritus S. opus non esse, sed ab infideli etiam hoc ipsum præstari posse fatetur ipse Laudatissimus D. Spenerus in libro citato *Quæst. primâ.* Ab illo proinde nec minus à veritate multum abit D. Animadvertens, cum §. 44. sub finem scribit: *Quæ nam princeps causa est, quæ Prophetiam & verbum interpretatur? Scriptura? Negat hoc Petrus, cum nulla Prophetiâ sit ἰδίᾳς Ἑρμῆως, seu propriæ interpretationis: Unde, licet Spiritum à Verbo Divino non separemus; hominem tamen prius per Spiritum S. illuminatum esse, adeoque spirituales esse debere requirimus, antequam Scripturam, quæ Spiritus est, intelligere possit.* Et interjectis paucis: *Unde ad lumen Scripturæ proprium, extraordinarium aliquod lumen, $\Phi\alpha\tau\iota\sigma\mu\acute{o}\varsigma$ & $\pi\alpha\sigma\epsilon\upsilon\alpha\tau\omicron\varsigma$, illuminatio Spiritus S. accedere debet, qui oculos tuos purificet, irradiet, cor innovet, ut puram & castam in Scripturâ veritatem & sapientiam, quam sapientibus & prudentibus seculi Pater cælestis Christo*
testa

teſte non revelavit, infans & parvulus videas, & lucem in luce intuearis &c. per totum §. 50.

LXXXV. At vel ex ipſa Scripturarum inſpectione conſtat, eandem eſſe conſcriptam illo ſermonis genere, qui inter homines eſt uſitatus; non vero adeo obſcuris, phraſium ab omni uſu remotiſſimorum, tricus atque ſpinis implicatam, qualibus ſcripta Weigeli, Böhmi, aliorumq; fanaticorum ad nauſeam uſque ſcatent. Quis quæſo Græci ſermonis Autor faciliori ſtylo in ſcriptis ſuis utitur, quam Apoſtoli in N. T.? Cur ergo planam & perſpicuam hanc Scripturam in iis quæ ad doctrinam noſtram pertinent, abſque lumine extraordinario intelligi poſſe negemus? Num etiam tali lumine egemus ad intelligendos inter homines uſitatos ſermones? Neutiquam. Sicut ergo hic conceptus ille qui ex conceptibus vocum ſingularum componitur, genuinam loquentis mentem mihi exhibet; Ita & Verbum Dei, quod ille ad doctrinam noſtram *εις νοουθεσίαν ημεών* ſcribi voluit 1. Cor. X. 11. quod utile eſt ad doctrinam ad redargutionem, ad correctionem & institutionem in juſtitiâ, ut perfectus ſit homo Dei, & ad omne opus bonum præparatus 2. Tim. III. 16. 17.; hoc inquam Verbum procul dubio per ſe ſufficiens eſt, ut veram fidei doctrinam nobis manifeſtam reddat, nullo etiam accedente extraordinario lumine. Fateor quidem haud pauca intellectu difficilia in Scripturis S. contineri; verum illa tum ad fidem non pertinent, tum ex principiis exegeticis maximam partem, ſine lumine interno, ſatis feliciter erui poſſunt. Nec tamen hic negatur, quod ſicut in omnibus noſtris operibus, ita & hic imploratio auxilii Divini plurimum conferat, & â nemine, qui verus Chriſtianus eſſe vult, intermitteri debeat.

LXXXVI. Quæ cum ita sint, apparet utique, quod in sensu Scripturæ S. investigando, rationis etiam usus sit egregius & maxime necessarius: Id quod tamen non ita accipiendum est, ac si rationis decempe-dâ omnia quæ de fide in Scripturis S. traduntur, sint dimetienda, hoc enim pacto rationem simpliciter pro fidei principio assumeremus; sed ita ut leges Consequentiarum, & omnia Axiomata Philosophica quorum contradiçtoria vel mediate vel immediate contradictionem involvunt, etiam hic suum locum habeant, nec in dubium ea vocare liceat. Illud enim principium: Impossibile est idem simul esse & non esse, ab ipso Deo, naturæ nostræ adeo firmiter impressum est & quasi insitum, ut hominis nomen vix amplius mereatur, aut mente plane captus sit, habendus, si quis cum VVeigelio illud plane rejicere, vel aliquid huic principio contrarium velit statuere. Quæcunque igitur ex hoc principio naturaliter deducuntur (qualia sunt principia potissima Exegeteos, nec non omnes Consequentiarum leges) illa etiam in Theologicis locum habere debent, adeo, ut si quis aperte posset demonstrare, quod v. g. mysterium SS. Trinitatis contradictionem involvat (id quod tamen in æternum nunquam futurum est) tum agnoscendum esset, mysterium hoc esse *contra rationem*, adeoque nec pro vero habendum esse, cum mysteria quidem *supra rationem*, at nunquam contra rationem esse debeant. Hinc in Scripturis explicandis principia Exegetica a primo nostræ rationis principio fluentia indubitata habenda sunt veritatis, & quicquid ex illis evidenter concluditur, pro vero ut recipiatur necesse est. Sit enim e. g. proposita Quæstio An Caput II. Joelis impletur jam sit, nec ne? Hujus Quæstionis

affirmativam ex principiis Exegeticis ita deduco : Pono primum hanc hypothesin : Caput hoc, uti ejus partes ordine loci se subsequuntur, ita ordine temporis implendum erit : Probatur hoc ex Connexione, nam à v. 1. usque ad 11. una eademque res commemoratur. Deinde usque ad v. 17. dicitur, quidnam faciendum sit illâ tempestate, qua id eventurum est, quod ante prædicitur. Porro usque ad v. 27. prædicitur, quid Deus post ablatam illam calamitatem, de qua initio Capituli Propheta locutus erat, facturum sit. At v. 28. commemoratur aliquid quod evenire debet **POST ILLA**, & quidem usque ad finem. His igitur nexibus contradicendus esset, si quis negare vellet, partes hujus Capituli eodem temporis ordine implendas esse, quem obtinent ratione loci. Hoc præsupposito video, quod D. Petrus ea quæ ultimo loco v. 28. seqq. in hoc Capite prædicuntur, tempore Apostolorum impleta jam esse asserat, Act. 11. 16. seqq. ; unde per legitimam Consequentiam infero, quod etiam totum hoc Caput jam impletum sit, siquidem ea quæ initio dicuntur ante illa quæ in fine prædicta sunt, fuerunt implenda, velut ante est declaratum : ut adeo D. Anadvertens in Deduct. Germ. §. 6. illud vaticinium adhuc implendum restare minus recte asseruerit, cum per genuina Exegeteos principia aliud jam sit demonstratum. Atque ita ex hoc Exemplo apparet, quantum etiam rationis nostræ in Expositione sacrarum literarum usus deprehendatur.

LXXXVII. At si quis etiam ulterius hic velit progredi, & illa quoque rationis ac Philosophiæ Axiomata pro fidei & Expositionis Scripturarum principio nobis obtrudere, quæ saltem per Inductionem cognita habemus, & quorum contradictoria non im-

plicant manifestam contradictionem, is utiq; gravissime impinget, & Scripturæ S. majestatem atq; auctoritatem haud parum lædet. v. g. Si quis verba Christi. Hoc est corpus meum Matth. xxvi. 26. non vellet accipi sensu, qui ex ipsis terminis proprie sumptis infertur, eo quod tum sequeretur, posse corpus aliquod esse in diversis locis citra sui multiplicationem, contra commune Physicorum principium; is demum dicendus esset ratione suâ in scrutinio mysteriorum fidei abuti. Ratio diversitatis hæc est, quod illa rationis principia, quæ per Inductionem saltem habemus cognita, (v. g. Omne grave deorsum tendit: Nulla virgo parit: Multiplicatis personis multiplicatur essentia: Unum idemq; corpus non est in diversis locis &c.) talia sint, ut in rebus naturalibus, & quæ sub sensu nostros cadunt, vera quidem deprehendantur; at nihilominus, in rebus sub sensum nostrum non cadentibus, aliter adhuc se habere queant, (de illis enim Inductiones formare non possumus,) aut etiam per absolutam Dei potentiam in rebus naturalibus contrarium illorum possit effici. Ita nemo Physicus negabit, quod, per absolutam Dei potentiam, non possit aut ferrum natare, aut virgo parere, &c. Hinc cum in Verbo Dei hisce aliquid contrarium legimus, non statim propterea debemus à simplici verborum sensu abire, sed cogitare, quod Deus ea quæ dicit, facere etiam possit. Cum vero, quæ contradictionem implicant, non cadant sub absolutam Dei potentiam, necessarium utiq; etiam erit, ut nihil, quod contradictionem implicat, etiam in rebus Theologicis admittatur.

LXXXVIII. Nolo diutius hisce immorari, cum de illis quæ ad chiliasmum pertinent, hoc loco fal-

saltem agere propositum sit, sperans, iis quæ in Animadversione circa hanc rem contra Summe Venerabilis Domini Præceptoris Programma fuerunt objecta, satisfactum esse, unde jam ad singula quæ contra chiliafmi in Programmate factam rejectionem annotavit D. Animadvertens, expendenda accedere operæ pretium erit, cæteris quæ ad Quæstionem illam principalem in Animadversione non pertinent, brevitatis causâ sepositis. Et in Præfatione quidem præcipue pugnat autoritate humanâ, & ab antiquitate suam vult commendare Chiliafsmum: Verum hoc Argumentum è manibus jam excussit Millenariis Summe Venerabilis noster D. Calixtus in peculiari tractatu de Chiliafmo, ad quem studiosos veritatis Lectores remitto; paucissima saltem hic ad illa, quæ in specie D. Animadvertens in illâ Præfatione urget, repositurus. Provocat hic, ut probet Chiliafsmum in Concilio Nicæno stabilitum esse, ad Gelasii Cyziceni Acta Synodi Nicænæ Tom. II. in quo ille multas Disputationes Patrum cum Heterodoxis recensens inter alia exhibet *διαρρηκτικῶς* quasdam præter Definitionem fidei & canones Ecclesiasticos à Patribus Concilii statutos, inter quas etiam illa est, quæ sequitur: *Mundus minor factus est propter præscientiam: Præscivit enim Deus quod homo esset peccaturus, idcirco novos cælos & novam terram expectamus juxta sacras literas, ubi nobis apparuerit adventus & regnum magni Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi. Et tunc juxta illud Dan. VII. 18. accipient regnum sancti. Et erit terra pura, terra sancta, terra viventium & non mortuorum quam oculis fidei prævidens David, exclamat Ps. XXVII. 13. Credidi me visurum bona Dei in terrâ viventium, in terrâ mitium & humilium.* Beati enim
mi

mites; quoniam hereditate possidebunt terram Matth. 5.
 Et Propheta Esaias c. XXVI. 6. Pedes mitium & humili-
 liam calcabunt eam. (NB. D. Animadvertenseadem
 in Præfatione recitans loco postremorum substituit:
 Pedes mitium & humilium conculcabunt superbos,
 eum tamen ita nec in diatyposis nec in adducto
 Esaiæ loco habeatur.) Ad hæc breviter respondeo
 (1) posse omnia non incommode accipi de vita æter-
 nâ, quæ suo modo utiq; terra viventium appellari po-
 test. (2) Totus ille Gelasii liber plane suspectus est,
 ipse enim Autor initio operis fatetur, se concilio huic
 non interfuisse, sed è vetustissimis & anonymis mem-
 branis excerpisse, unde nec ipse potuit scire, num
 membranæ illæ historiam Concilii exacte & sine ad-
 mixtis figmentis exhiberent. Imo & hoc ipsum pa-
 rum fidei promereri ostendunt Guilielmus Cave, &
 Rivetus de Scriptoribus Ecclesiasticis, notantes quod
 Gelasius plurima horum ex Eusebio Pamphilo, Socra-
 te & Sozomeno aliisque, qui ante ipsum vixerunt, ex-
 scripserit, ut adeo illud de antiquis membranis saltem
 ab ipso fictum videatur, ad majorem auctoritatem A-
 ctis suis conciliandam. Quam ob causam etiam Do-
 ctissimi Viri, & imprimis laudatus Cave, pleraque
 horum Actorum ex ipsius Gelasii cerebro profluxisse
 arbitrantur. Denique suspectum plane hunc librum
 reddit illud, quod haud pauca continet genuinis Histo-
 riarum Ecclesiasticarum Scriptoribus plane contraria,
 v. g. de pugna Orthodoxorum cum Arianis super di-
 vinitate Spiritus S. &c. quorum plura annotat Præfa-
 tio libri ex Editione Romanâ, ut adeo Acta hæc Ge-
 lasii non possint adduci pro legitimo teste rerum quæ
 in Concilio Nicæno gestæ sunt.

LXXXIX. Nec pati porro potest D. Animad-
 ver-

vertens, quod in Programmate nonnulli ex Antiquitate dicuntur in materiâ de regno chiliastico exorbitasse. Verum, si hoc dicere in vitio positum est, quid fiet de tot falsis dogmatibus, quæ in primitivâ Ecclesiâ per Traditiones propagata apud excellentissimos etiam Ecclesiæ doctores obtinuerunt? Colligit horum magnam farraginem B. Chemnit. Exam. Conc. Trid. Part. I. de octavo genere Traditt. p. m. 141. seqq. ita Clemens Alexandr. l. 1. Stromatum, Græcis Philosophiam idem fuisse docet, quod lex Judæis, multosque per illam salvatos censet, multas vias ad salutem esse præsupponens. Hanc doctrinam dicit esse ex mysteriis, quæ non palam & universis; sed secreto & paucis tradita fuerint ab Apostolis, cum tamen D. Paulo manifeste repugnet. Egregie hoc commentum refutat ipse Tertullianus de præscript. adversus hæreticos, ex eo, quod Christus præceperit discipulis, ut, siquid in tenebris audierint, in luce & tectis prædicarent &c. Ita ex eadem Traditione Clemens l. c. accepisse vult, quod Christus uno anno tantum docuerit & prædicarit, cui contradicit Irenæus l. 2. c. 39. volens Christum circiter annum ætatis quinquagesimum fuisse crucifixum, uterque graviter in Scripturas inpingens. Porro l. 2. Strom. vult Clemens Alexand. Apostolos post mortem etiam mortuis prædicasse; item locum etiam esse pœnitentiæ post mortem l. 4. quod commentum supra est refutatum. Plura recenset B. Chemn. l. c. & possent etiam illis haud pauca addi, nisi Patrum mendas tegere potius, quam omnibus exponere deceret: Soli quippe Clementis libri Stromatum talibus adeo sunt referti, ut in illis nemo orthodoxus tantum Viri ingentes lapsus suppressere aut negare, vel etiam approbare valeat.

M

XC.

phetas, ita ut ante fecerant, in multis locis explicare de mundano quodam Messiaë regno, ad quod suo etiam tempore suscitandi essent Patriarchæ, in quo errore non nihil forte confirmati sunt ex loco Apoc. xx. 4. male intellecto, ut ita non mirum sit, satis magnam etiam Christianorum multitudinem vanitati huic adhaesisse. Notum quippe est, quantum, etiam aliis in rebus, Judaicis Scripturæ interpretationibus, ubi cum Evangelio consistere posse viderentur, antiqua inhaerit Ecclesia, ob frequentem cum hisce Judæis conversis, qui maxime, & plurimi erant ex Essæis, conversationem. Atq; hinc etiam mos ille antiquus Scripturam sensu mystico ubique interpretandi, qui Origeni præ cæteris familiaris fuit, exortus est, idem enim etiam ante Christi tempora ab Essæis factum fuisse jamdudum observarunt peritissimi Philologi.

XCII. Recte proinde, ut ad institutum redeam, à Summè Venerabili Domino Præceptore cum Caselio observatum est, illa demum esse *αληθῆς καθολικῆς*, quæ Religiosissimi omnibus seculis, omnibus locis inter se consentientia tradiderunt, adeoque Chiliasmum ab illo multum abesse, ut pro Catholico haberi possit. Ad illa autem D. Animadvertens ita §. 9. respondet, ut suæ causæ potius officiat quam nostræ. Pergit enim ulterius & nec illa vult pro catholicis haberi, quæ religiosissimorum omnium consensu sunt approbata. (tantum scilicet abest, ut Chiliasmus, cui semper contradictum est, pro tali possit haberi) unde licet cap. LXIII. Esaiæ de passione Christi à totâ religiosâ Antiquitate explicetur, falso tamen id ita explicari asserit. Non opus arbitror, hæc de causâ D. Animadvertenti novas movere controversias, cum nemo orthodoxorum docuerit, illa omnia pro plane infalli-

bilibus esse suscipienda, quæ à religiosissimis omnibus
 seculis, consentientibus inter se opinionibus tradita
 fuerunt, quamvis verè sint catholica, & maximam
 nec contemnendam habeant veritatis præsumptio-
 nem, à qua temere discedere non licet. Hinc, ut ad-
 ductum D. Animadvertentis Exemplum paucis attingam,
 satis audacter agunt Chiliastæ, dum locum Esa.
 LXIII. à religiosissimis omnibus ita expositum, de pas-
 sione Christi agere negant, saltem ut novum aliquod
 pro suo Chiliasmo inde cudere possint argumentum.
 Ita siquidem hoc dictum exponit Uxor D. Animadver-
 tentis in Glaubens. Gespräch p. 826. *Als denn aber
 wird dein Kleid schon mit Blut besprenget seyn (cum
 scilicet Christus bestiam in lacum ardentem præcipi-
 tabit, id quod fiet sub finem judicii bellicosi, ante re-
 gnum Chiliaisticum instituendi) denn da wirstu schon
 das Gericht über Babel vollführet haben/ der du aus
 Edom und Bazra Esa. LXIII. I. wirst kommen/ und dein
 Kleid blutig machen als ein Held/der von einer Schlacht
 zur andern gehet/ und von Edom kommt gegen das
 Thier.* Vult itaque illa dictum hoc Esaiaë expone-
 re de pugnâ Christi ante regnum chiliaisticum, cui op-
 pono sequentia Argumentâ: In pugnâ Chiliaisticâ
 Christus non erit in angustiis; sed sine labore hostes
 vincet, ut docent Chiliastæ: vid. quæ adducta sunt n.
 LX. LXIII. In pugnâ Esa LXIII. autem Christus fuit in an-
 gustiis, ut patet ex v. 5. Ergo: Pugna hæc non est pu-
 gna chiliaistica. Item: In quâcunque pugnâ Christus
 torcular solus calcavit, nullis ipsi assistentibus, illa non
 est Chiliaistica, cum in pugnâ chiliaisticâ sancti futuri
 sint com militones Christi, vid. quæ num. LIX. seqq. ex
 scriptis Chiliastrarum allata sunt: At in pugnâ Esa. LXIII.
 Christus solus torcular calcavit, nullis ipsi assistenti-
 bus,

bus, v. 3. E
 iam præter
 in D. Anima
 mare similiter
 niq; & abon
 melipponi, f
 veritatis non o
 sumptionem v
 thique & ab o
 poterit illud hi
 repam vult
 lebruffter: T
 quærum ja
 mberur ab
 cætar, facer
 tate, & adre
 tere simul po
 inquirate a
 rtrario ve
 il de eo fuer
 tum est. Ne
 omittit, sy
 quod omnibu
 agoverint.
 ut alter priv
 quis & illu
 madvertens i
 vero ita se gen
 ipi. Autores i
 tani contat.
 XCIII. A
 tum Axioma
 an sui chilu

bus, v. 3. 5. Ergo pugna hæc non est chiliastica. Alia jam prætereo. Non minus etiam dictum Vincentii D. Animadvertenti displicet, quod in programme similiter allatum erat: Teneamus, quod semper, ubiq; & ab omnibus creditum fuit. Vult enim hic præsupponi, si scilicet vera sint. At Vincentius ex eo veritatis non contemnendam, licet nec absolutam præsumptionem vult ostendere, quando aliquid semper, ubique & ab omnibus creditum est. Quomodo ergo poterit illud hic præsupponere, quod hoc ipso tanquam ignotum vult ostendere? Simpliciter enim alias dixisse debuisset: Teneamus quod verum est; imo si aliquid verum jam esse constat, tenendum illud est, sive approbetur ab omnibus sive à nullis. Quamvis non diffitear, facere ad ulteriorem confirmationem in veritate, & ad refutationem contradicentium, si ostendere simul possimus, eandem veritatem quoque ab Antiquitate agnitam fuisse. De chiasmio autem è contrario verum illud manet, quod multis seculis nihil de eo fuerit auditum, velut in Programme assertum est. Nec obstat hic, quod D. Animadvertens §. 9. promittit, syllabo testium se demonstraturum esse, quod omnibus seculis subinde quidam dogma hoc agnoverint. Non enim spectandum hic quid unus aut alter privatim senserit; sed quid docuerit publicus aliquis & illustri cœtus: Et præterea solet D. Animadvertens in hujusmodi testimoniis citandis haud raro ita se gerere, ut multo plus ex iis inferat, quam ipsi Autores intenderunt, ut ex allegatione Conc. Nicæni constat.

XCIII. Agnoscat autem D. Animadvertens, quod dum Axioma illud Vincentii & Caselii rejicit, ipse etiam sui chiasmii fulcrum haud minimum evertat.

Quid enim aliud agit in Præfatione, quam ut omnes Christianos in primitiva Ecclesiâ Chiliaſmum ſtatuiffe nobis perſvadeat? Ad hoc autem Argumentum ipſe Reſponſionem jam ſuppeditavit, nempe, non illico verum id eſſe, quod omnes religioſiſſimi & orthodoxi conſentientibus tradiderunt opinionibus, ſed poſſe eodem modo chiliaſmum ab iis falſo creditum fuiſſe, uti Cap. LXIII. Eſaiæ (ex mente D. Animadvertentis) falſo ab omnibus de paſſione Chriſti fuit explicatum. At vana eſt omnis etiam gloriatio de tam amplo omnium priſcorum Chriſtianorum in dogmâ chiliaſticum conſenſu. Nec probatur ille ex Juſtini Martyris effato in Dial. cum Tryph. ἐγὼ δὲ ἐν τοῖς βιβλίοις ἐστὶν ἡ ἀνάστασις καὶ πάλιν ἡ ἐπιφανεία & carnis reſurrexionem futuram novimus & M. annos iu Hieroſolymâ inſtaurata &c. Nihil enim amplius hinc ſequitur, niſi quod Juſtinus neminem pro plane orthodoxo & per omnia Chriſtiano, niſi chiliaſinum amplectentem, idque parum rectè habuerit; non autem, quod nemo huic dogmati contradicens inter Chriſtianos repertus fuerit. Multo minus hoc oſtendet illud Lanctanti in l. 7. de divino præmio: *Hæc ſunt, quæ à prophetis futura dicuntur, quorum teſtimonium & verba ponere opus non eſſe duxi, quoniam eſſet infinitum, nec tantam rerum multitudinem meſſura libri ceperit, tam multis uno ſpiritu ſimilia dicentibus, ſimulque, ne faſtidium legentibus fieret, ſi ex omnibus collecta & translata congererem; præterea ut ea ipſa, quæ dicerem, non noſtris, ſed alienis potiffimum literis confirmarem; doceremque non modo apud nos, ſed & apud hoſtes veritatem conſignatam teneri, quam recusant agnoſcere. Si quis autem diligentius hæc voluerit ſcire; ex ipſo fonte hauriat; & plura quam nos in his libris complexi ſumus, admirabilia*

re-

reperiet. Ex his verbis liquere ait D. Animadvertens, Christianos sancto huic millenario non contradixisse ullos, sed tantum gentiles, contra quos ex ipsis Sibyllis, quas inter gentes ipsas suscitaverat Dominus, testimonia adduxerit Lactantius. Hoc autem ex adductis Lactantii verbis quomodo sequatur, non video. Quæ enim collectio: Chiliafimi Doctrina ex ipsis Gentilium scriptis contra eos potest demonstrari (ut quidem putat Lactantius) Ergo nemo nisi gentilis ab hoc dogmate dissentit? Nonne idem argumentum etiam proponere potuit Christianis, ut illis ex consensu Paganorum res fieret probabilior? Immo, quod Christianos etiam hic sibi adversantes habuerit Lactantius inde patet, quia contra solos Paganos frustra provocasset ad scripta Prophetica; contra Judæos autem hoc in materiâ nullâ fuisset opus demonstratione, utpote qui eodem errore hodieque sunt imbuti.

Quod autem gentiles illas Sibyllas tantopere suspiciat ipse etiam D. Animadvertens, easque ab ipso Domino inter gentes velit esse suscitatas, haud parum equidem demiror, licet hac de re litem ipsi nullam moturus. Consulat, si volupe est, Celeberrimi, & de re literariâ præclare meriti M. Johannis Reiskii Exercitationes de vaticiniis Sibyllinis c. xxi. seqq. ubi abunde ostendit, fuisse quidem ante natum Christum scemellas Phœbades, quæ aliquid illorum vaticiniorum composuerint, sed suggerente nullo alio quam ipso dæmone, qui ut divina, ceu simius, oracula imitaretur, ac homines superstitiosos à vero Deo abduceret, ipse responsa & vaticinia dederit olim sciscitantibus &c. Quam in rem Cap. seqq. docet multis exemplis, dæmonem è divino codice gesta pariter ac plura Pro-
phe-

phetarum vaticinia suffuratum, ea ad vates suos transportasse, unde non mirum, quod nonnulla etiam ex Scripturis S. in carminibus Sibyllinis desumpta videantur. Plurima vero carminibus hisce Sibyllinis à Christianis quoque, tam orthodoxis quam hæreticis fuisse adjecta, probat in Capite 23. & denique ultimo Capite insufficientiam Argumentorum ex libris Sibyllinis petitorum, jam diu agnitam esse, ut non nisi ad hominem valerent, accurate & solidè demonstrat.

XCIV. Porro citatur in Præfatione à D. Animadvertente pro demonstrandâ antiquitate Chiliafmi ex Niceph. Histor. Eccles. l. 3. c. 10. sequens historia: *His temporibus adhuc supererant quidam ex cognatione Christi, nepotes Judæ istius, qui secundum carnem frater Christi vocabatur: Hos à nonnullis delatos quòd ex Regiâ Davidis stirpe prognati fuissent, Evocatus ad Domitianum Cesarem perduxit, quippe Domitianus de adventu Christi perinde ac Herodes sibi metuebat. Interrogati igitur ab illo: Utrum ex stirpe Davidis essent oriundi? verissimum esse confessi sunt, deinde sciscitatus est ex illis Cesar, quantas possessiones, quantumque pecuniæ haberent? Illi vero novem tantum modo denariorum millia sibi ambobus suppeterere dixerunt, quorum dimidia pars singulis competeret, eas vero facultates nequaquam se in argento habere, sed in æstimatione agrorum, novem scilicet ac triginta campos jugerum, ex quorum fructibus & tributa persolverent, & sibi ipsis non sine proprio labore victum compararent. Simulque manus ostendere ceperunt, duritiem cutis, impressumque alte manibus callum, ex laboris assiduitate, in testimonium operis sui, proferentes. Postremo interrogati de Christo, & de regno ipsius, cujusmodi id esset, & quando, quibusve in locis appariturum? responderunt:*

*ῥῆμι: Οὐ κοσμηθῆναι οὐδ' ἐπιχρῆσθαι, ἐπιουράνι ἢ, ἡ ἀγγελικῆ
 πυχρῶν, ἢ τῆ συντελείᾳ ἑαίων ἡ γενναυδρῆ (sc. ἡ βασιλεία ἡ
 χριστοῦ) Non huius mundi, nec terrenum imperium esse,
 sed caeleste & angelicum, quod in fine seculi futu-
 rum esset, tunc cum Christus adveniens, vivos simul
 & mortuos iudicaturus, unicuique operum suorum mer-
 cedem tribueret. His auditis Domitianus nihil adver-
 sus illos asperius decrevit, sed vilitatem hominum asper-
 natus, liberos abire iussit, missoque edicto persecutionem
 adversus Ecclesiam compescuit. Hæc, subjungit D. A-
 nimadvertens, & nostra confessio est &c. vultq; inde
 probare, quod etiam agrarii homines tum temporis
 dogma chiliaisticum fuerint amplexi. Utinam vero
 Chiliastarum eadem mens esset cum hisce agricolis!
 parum sane diffidii cum illis foret reliquum, siquidem
 & nos de conditione regni gloriæ interrogati, haud a-
 liam responzionem daturi essemus: At, si cum hisce
 convenirent Chiliastæ, non urgeret D. Animadvertens
 §. 56. ex Dan. vii. 27. regnum hoc debere esse, sub cœ-
 lo, neq; universale vivorum & mortuorum iudicium
 (particulare enim non dari jamdudum est evictum)
 contra mentem horum Davidis posterorum, ab initio
 regni gloriæ divelleret: Imo, non speraturi essent
 imperia in urbēs terrestres, si cum memoratis agrariis
 crederent regnum hoc Messia fore angelicum. A-
 deo siquidem impugnat horum confessio errorem chi-
 liasticum, ut non satis demirari potuerim, qua ratione
 inductus D. Animadvertens pro dogmate hoc stabili-
 endo illam allegaverit. Sane si Chiliastæ fuissent di-
 cti agricolæ, longe alia ab illis prolata foret confes-
 sio, scilicet, post bis M. annos per Dei gratiam abbrevi-
 andos regnum hoc Messia oriturum, atque omnia or-
 bis imperia comminuturum esse; tunc omnes Chri-
 stianis adversos aut gladio delendos, aut in servitium*

N

ab-

abripiendos esse; se vero cum Christo in totum orbem habituros imperium, ad quod etiam excitandi forent omnes in Christo demortui, ut cum Sanctis ante adventum Christi ad regnum ipsum expectantibus, in paradiso quodam aëreo conjuncti, in Ecclesiam gentibus imperantem ipsi superius adhuc teneant imperium, illamque felicitatem per M. annos esse duraturam. &c.

XCV. Pergit D. Animadvertens, & hac historiâ Summè Venerandorum nostrorum in hâc Academiâ Præceptorum iniquitatem ita conatur ostendere: *Crudelissimus interea tyrannus confessione hac auditâ insontes dimisit: (Judæ nepotes) Arilli, qui in Christianâ Academiâ Juliâ vocantur Professores Theologi, decreto remotionis facto, me ab officio movendum esse censuerunt.* Verum magna hic est diversitas, quæ omnem vim hujus comparationis elidit. Ponatur enim, quod tamen falsum est, illos à Domitiano dimissos fuisse Chiliastas, tum concedo, nihilominus factum crudele Domitiani fuisse, si eosdem supplicio affecisset, quoniam factum hoc fuisset ex odio Christiani nominis, non vero quod falsum dogma inter Christianos propagarent, (hujus enim rei nulla Domitiano cura fuit) Si autem iidem tales fuissent Chiliastæ, qui non solum articulis fidei Christianæ haud paucis contradixissent; sed & publice privatimque falsum suum inter fideles dogma propagare studuissent, atque ita schisma in Ecclesiam introduxissent: Hanc autem ob causam per Episcopum Christianum à munere Ecclesiastico fuissent remoti, ne scilicet amplius iis daretur occasio erroris ulterius disseminandi: Tale utique judicium minime in eundem censum venire potuisset, ac si Domitianus eosdem ob professionem Christiani nominis persecutus fuisset. Rem ita manifestam esse puto, ut declaratione ulteriori non egeat.

XCVII. Hæc de Chiliafmo Veteris Ecclesiæ:
 Ubi tamen illud monendum adhuc est, quod in Tractatu suo de Chiliafmo num. iv. annotat noster *o. arduu.* ac præcipuum hujus Academiæ columen, Maximè Venerandus D. Calixtus, nempe priscos illos qui Chiliafmo subscripserunt, Ecclesiæ Doctores, errori quidem sic satis grandi fuisse implicatos, non tamen capitali, aut hujusmodi, qui fundamentum salutis everteret. Hoc autem, an etiam de Chiliafmo, sicut hodie ille proponitur, dici possit, valde dubito, cum illum, etiamsi non obrudatur sub necessitate credendi, in se quoque hæreticum dogma esse, ex eo quod analogiæ fidei contradicat, aperte sequi videatur, nisi forte à quodam ostendi possit, quod, quicquid hic subest dissensus non in essentialibus articulorum fidei, sed in accidentalibus versetur, cujus rei decisionem prudentiorum judiciis, nihil ipse hic determinaturus, ne quid in aliorum præjudicium proferam, relinquo. Fateor, Summe Venerabilem Dominum Præceptorem, in prælectionibus publicis docuisse (sicut etiam refert D. Animadvertens §. 6.) quod Chiliafismus subtilis non solum in homine Christiano possit tolerari, sed etiam in ministro Ecclesiæ. Verum, hoc, ipse hæc docentis auditor, probe memini, non tum sermonem ipsi fuisse de chiliafmo qualicumq; , sed de eo, quo infecti fuerunt Patres antiquæ Ecclesiæ, nempe Irenæus, Lactantius, Justinus aliiq; , quem sane Chiliafismum non ita facile quis deprehendet, articulis fidei fundamentalibus, & quidem in talibus, quæ ad illorum essentiam pertinent, contradicere, qualis tamen dissensus à nostrorum Chiliafstarum dogmate vix poterit removeri, siquidem inter utrumque illum chiliafismum haud parum discriminis esse nec ipsi diffitebuntur Chiliafistæ, quoniam dogma Chiliafist-

N 2

cum

cum referunt inter ea, quæ Daniel ultimis demum temporibus à multis perscrutanda dicit Dan. xii. 4. 9.

CXVII. Non vero contentus est D. Animadvertens antiquitate tali dogmatis Chiliaſtici, quæ per prima poſt Chriſti nativitate ſecula illud commenda- verit; ſed ulterius aſcendit ad Moſen & Prophetas, imo ad ipſos Patriarchas antediluvianos, illoſq; jam regni chiliaſtici admiratores fuiſſe deprædicat. Illud quidem ipſi concedere poſſum, viguiſſe hoc dogma inter Judæos jam ante Chriſti nativitate, imò hodieq; illud inter eodem vigere, ſcilicet, Meſſiam, quando in hunc mundum venturus ſit, regnum aliquod feliciffimum hic eſſe inſtituturum. Ita enim habet R. Iſaac in ſuo Munimine fidei c. i. quod nuper in lucem edidit Philologorum hujus ſeculi haud poſtremus Johannes Chriſtophorus Wagenſeilius, in libro quem inſcribit: Tela ignea Satana. Ex cujus verſione præcipua huc apponere operæ pretium exiſtimo: Ita ergo ille hac de re ſtatuit:

I. Tempore Meſſiæ unum modo futurum eſſe regnum, & unum Regem, nempe Meſſiam, reliqua autem regna tum non eſſe ſuperatura, quam in rem allegat Dan. II. 4.

II. Unam tum fore tantum Religionem, unamq; legem, nempe Iſraëlitarum, quod probat ex Eſa. lii. LXVI. Zach. xiv. viii.

III. Exſcindenda tunc eſſe idola, & memoriã eorum cum Prophetis falſiloquis ac ſpiritu immundo perituram ex terrâ, ubi allegat Zach. xiii. Eſa. ii. Zeph. ii.

IV. Nulla hoc tempore amplius futura eſſe peccata & delicta in orbe, præcipue apud gentem Iſraëliticam, ubi provocat ad Deuter. xxx. Zephan. iii. Jeremi. ii. l. Ezech. xxxvi. xxxvii.

V. Tunc

V. Tunc etiam post finita bella Gogi & Magogi, futuram esse pacem & tranquillitatem per orbem universum, neq; amplius opus habituros mortales armis ex Esa. ii. Hofe. ii. Ezech. xxxix. Zachar. ix.

VI. Nec minus pacem in terrâ Israelis futuram esse inter bestias feras & animalia domestica, ne sibi invicem noceant ex Esa. xi. lxxv. Ezech. xxxiv. Hof. ii.

VII. Nullas his temporibus futuras esse calamitates per universam terram Israëlis, incolasque regni vitâ diuturnâ gavifuros esse, ubi producit Esa. lxxv.

VIII. Reversuram esse his diebus divinitatem ad Israëlitas, ceu olim penes eos fuerat, ac largiter suppeditaturam esse genti Judaicæ donum prophetiæ, sapientiam ac scientiam ex Ezech. xxxvii. xxxix. xlvi. Joel. ii. iii. Zach. ii. Esa. xi. Jer. xxxi.

Idem dogma distinctius adhuc in eodem libro c. vi. sequentibus hypothesibus exprimit: Tempore sc. Messiæ futuram.

I. Collectionem X. tribuum, & adunionem eorundem cum Tribu Judæ & Benjamin ex Ezech. xxxvii.

II. Impugnationem Gogi & Magogi, & ingentem illorum stragem ex Ezech. xxxviii. xxxix. Zach. xiv.

III. Scissionem montis olivarum, & ficcationem Nili & Euphratis.

IV. Scaturiginem aquarum vivarum Hierosolymis ê sanctuario, quarum pars se exoneret in mare orientale, pars in mare posterum ex Ezech. xlvi. Zach. xiv. Joel. iii.

V. Progenerationem fructuum menstruorum ab omnis generis arboribus frugiferis in ripâ assurgentibus ex Ezech. xlvi.

VI. Quod prehensuri sint decem homines ex omnibus linguis gentium, aliam viri Judæi, dicendo: Ituri sumus vobiscum, quia audimus Deum esse vobiscum ex Zachar. viii.

VII. Quod reliquiæ gentium ascensuræ sint annuatim Hierosolymas, ut adorent Deum Zach. xiv.

VIII. Quod gentes venturæ sint in Sabbatis & Neomeniis ut adorent Deum Hierosolymis Esa. lxxvi.

IX. Idolorum, cum memoriâ ipsorum, Prophetarumq; mendacis ac spirituum immundorum è terrâ excisionem, ubi provocat ad Esa. ii. c. xlii. & Pf. xcvi.

His subjungit omnes hypotheses ex Cap. I. jam productas.

XVII. Adventum Eliæ Prophetæ ex Malach. sub finem.

XVIII. Futuram constructionem templi, secundum omnem formam & cultum suum, ubi gloria divina perpetuo sit commoratura ex Ezech. xl. -- xlv.

XIX. Divisionem Palæstinæ in xii, tribus Israël ex Ezech. xlvii.

XX. Resurrectionem mortuorum ex Deut. xxxii. Esa. xxvi. Dan. xi.

Hæc omnia, quam exacte congruant cum nostratum Chiliastarum hypothesibus, nemo non videt, ut proinde perspicuum sit, quantopere secta hæc Judaizet, siquidem eodem etiam modo sese gerere solent in allegatione Prophetarum nostri Millenarii, ut crasse & secundum literam omnia intelligentes, quicquid ibi in spirituali Messiaë regno mystice implendum prædicatur, in terreno isthoc regno quod expectant, secundum literam implendum urgeant.

XCVIII. Ætatem Patriarcharum quod attinet, merito mirum videri possit, etiam hanc in chiliaismi sub-

Gabrielum co
diluvianos
Moses attigi
hic ad vaticin
tum respiciat
latium aliquo
tempus. At n
licum? Quid
moleis Sanctis
sancti illi, nob
veritatem cum
nunciat, qu
tum illo te
supra rever
et, quod nem
tus, utur alie
robatorium,
incedendum
rvo, quod
sit in ætern
nile conveni
hæc dicunt
tempus ad pur
tatur, ita eni
tu sic vor
Schwerdt
des deuen R
ms) das mi
beg und Ma
schmulet si
verbunden sey
wer. in die
ggs futuram

subsidium commendari, imprimis quantum ad ante-
 diluvianos spectat, quorum dicta vel facta vix ipse
 Moses attigisse videtur. Non autem me latet, quod
 hic ad vaticinium Henochi Epist. Jud. v. 6. memora-
 tum respiciat D. Animadvertens, ubi Patriarcha ju-
 dicitum aliquod habendum pronunciat in irrisores &
 impios. At num hoc iudicium statim erit illud chilia-
 sticum? Quidni? dicitur quippe venturus Christus cum
 multis Sanctis ad hoc iudicium: Verum, qui nam sint
 Sancti illi, nobis exponit D. Matthæus c. xxv. 31. ubi
 Christum cum sanctis Angelis in iudicium venturum
 pronunciat, quamvis non negem, etiam animas san-
 ctorum illo tempore ex sede suâ migraturas, atq; ad
 corpora reversuras esse. Interim certissimum hic ma-
 net, quod nemo piorum hoc iudicium sit subterfugi-
 turus, utut aliquod iudicium activum & quidem ap-
 probatorium, velut suprâ declaratum est, his etiam sit
 concedendum. Insuper ad vaticinium Henochi ob-
 servo, quod ab Apostolo illud ciretur de iis quos v. 13.
 dicit in æternas tenebras esse præcipitandos, id quod
 male convenit cum iudicio chiliastico, ubi tantum ma-
 ctandi dicuntur impii & gladio delendi, ita ut septem
 menses ad purgandam à cadaveribus terram requi-
 rantur, ita enim habent Glaubens. Gespr. p. 811. Gleich
 wie du sie vor Aufrichtung des Reichs Israel durch
 das Schwerdt deines Mundes niederlegen wirst / wel-
 ches deinen Kindern wieder zur Versicherung dienen
 muß / das mit deinem grossen Schlacht-Tage über
 Gog und Magog / und alle die wider dich zu streiten
 versamlet sind / nicht die allgemeine Auferstehung
 verbunden sey / (conceditur totum, nemo enim nostrum
 docet, in die extremo pugnam illam cum Gogo & Ma-
 gogo futuram esse) weil nach derselben das Volk Israel
 nicht

nicht würde nöthig haben / das Land zu reinigen / welches bey der letzten und nicht bey der ersten Heimführung Gogs und Magogs geschieht &c. De cæteris Patriarchis ut cum Chiliaſtis contendam, haud opus est, cum nec ullum Scripturæ locum protulerit D. Animadvertens, ex quo illorum consensum sibi vindicare queat.

XCIX. Expensis quæ in Præfatione pro roborando chiliaſmo fuerant allata, accedendum jam est ad ea, quæ in ipsâ Animadversione contra nostrates disputat D. Animadvertens, & videndum, an forte in illâ negotium feliciter sit expeditum. Quam parum autem etiã hic soliditatis sit expectandum, ipsa statim initia satis produnt, ubi tot dictoria & criminationes in Summe Venerabilem Dominum Præceptorem, nec minus in omnes reliquos orthodoxos eructat D. Animadvertens, ut magnopere sit admirandum, Viros, qui præ aliis pietate volunt excellere, nihilominus adeo, in scripta quæ nec ipsis opposita fuerunt, posse exasperari. Sane ingens statim calumnia est, quod in Programmate D. Præceptoris plurima occurrere criminatur, quæ sanctam & venerabilem Theologiæ majestatem & canonicam Apocalypſeos autoritatem violent. Ne verbulo quidem negatum est in isthoc programmate, quod omnia, quæ in hoc libro docentur, in se verè sint canonica, & certissimæ veritatis, qua ratione vero in respectu ad hominem aliquid limitationis hinc admitti possit, ita ut ipsi autoritari codicis simplicitet spectatæ nihil inde decedat, inferius sufficienter declarabitur. Vanum itaque est, quod statim subjungit D. Animadvertens: *Facile ex hoc unico crimine (violatæ scilicet autoritatis apocalypſicæ) intelligi potest, mysterium fidei &*

cognitionem veritatis quæ est in pietate, non rectè à Professore Theologo (Domino Præceptore) fuisse gustatam, (Si modo locum hic non haberet illud Apostoli: *ὅτι οἱ κελεῖς ἔτεγον, σεαυτὸν κατακλιθεὶς, ἵνα ἴδαι ἑαυτὸν περὶ ὁ ἑσθίων.* Rom. II. 1.) ac tantum abesse, ut presentes Ecclesiæ nostræ calamitates deslere possit, ut ipse potius descendens, atque inter illos ipsos, propter quos cælum prodigas fundat lacrymas, sit referendus.

C. Sed magis ad huc se accendit affectus hominis, dum interjectis nonnullis in §. 2. ita pergit. Unde, ne mireris, Professore hunc Theologum, cum voto sincere doctrinæ, ac illius pietatis, quæ habet promissionem presentis ac futuræ vitæ, salutem & officia lectori apprecari, ac suspiria ducere potuisse, ut sublatis perniciosis doctrinis in avia homines ducentibus, & in detrimentum, imo in interitum purioris Ecclesiæ occidentalis aufescentibus (utinam talis doctrina non esset somnium chiliafmi !) suus Ecclesiæ nitor ac integritas reddatur cum tamen ille ipse talis sit, qui in detrimentum sanctæ & cælestis veritatis ac pietatis, quæ coram Deo valet, in Academiâ vivat. Credo quidem, si Summè Venerabilis Dominus Præceptor vanitatem modo chiliafmicam collaudasset, tum ex sententiâ D. Animadvertentis, haberet pietas in illo novum aliquem Virum, quem inter vivos desideriorum, numeraret, haberent studiosi Commilitones, quem sequerentur Ducem, haberet Ecclesiæ Medicum, quo sibi gratularetur. At quoniam ille Verbo Divino aliud edoctus, hæc monstræ opinionum probare noluit, talis jam esse debet, qui in detrimentum sanctæ & cælestis veritatis in Academiâ vivit. Egregia consequentia. Accedant, qui præjudiciorum ab utraq; parte hic sunt expertes, nec in solo chiliaflico dogmate omnem pietatem residere teme-

re arbitrantur, & dijudicent, quam bene isthæc inter se cohæreant. Equidem, quod vitam Summæ Venerabilis Domini Præceptoris attinet, provoco audacter ad totam Academiam, ejusque candidum & infucatum testimonium, quippe quæ nihil scandalosum aut quod in detrimentum pietatis factum videri posset, ab illo admitti vidit. Faceffat proinde mendax isthæc atque à mendaciorum patre Joh. VIII. 44. profecta calumnia & audiat hic ipse D. Animadvertens, quæ in D. Præceptorem §. 44. immerito effundit: *Ingentes certe, ni graviter in fratrem te peccasse publico scripto fueris confessus Deo dabis pœnas*, quod scilicet veritus non fueris in nocentem, & tam de Ecclesiâ quam de Academiâ adeo præclare meritum, nec minus sincerâ (non fucatâ illa, quæ vix aliquid præter vanam ostentationem habet) pietate, quam divinæ & solidæ veritatis amore Deo atq; omnibus fidelibus charissimum, tantas eructare calumnias atque criminationes. Haud parva profecto temeritas est, in eos talibus armari dicteriis, quos nescimus, annon & ipsi Deum habeant propitium, quippe non potest ille dici, quod Deum amet, qui non veretur infectare illos, qui sincero corde Deo placere student. Non autem injuriam ferre, sed inferre in vitio est positum.

CI. Eundem animi imperum sapiunt & illa qua §. 3. subjicit: *Absit tamen, ut omnis interierit pius, nullusque supersit, qui eas, quas ex vaticiniis Scripturæ de meliori ecclesiæ statu futuro, ac regno Christi in toto terrarum orbe dilatando* (observeetur hic callida D. Animadvertentis ambiguitas, dum chiliafticum dogma sub tam generalibus Terminis commendare fatagit. Profecto si doctrina chiliaftica non plus in se contineret, quam illa memorata, nemo illam foret ex ortho-
do-

doxis oppugnaturus, sunt quippe & inter nostrates Viri Celeberrimi, eadem haud vane, nec sine magno applausu docentes) *sanctâ observatione didicit, veritates defendere non possit, aut concedat, ut illæ NB. à flagitiosissimis hominibus (ô impudentiam!) inter efficacissimorum errorum numerum referantur.* At nemo nostrum memoratas illas veritates in errorum numerum retulit; sed saltem doctrinas illas chiliasticas de geminâ resurrectione, gemino iudicio, de restitutione regni Israëlitici &c. Pergit porro: *Nolui igitur hoc NB. scrimen sine justâ censurâ intactum dimittere, cum sciam, me castam & puram de regno Christi fovere doctrinam, quam NB. falso creditæ pietatis assertores destruere haud valeant. Quamvis enim non ignorem multos esse (quî sc. chiliaismo contradicunt) qui conclamatis hisce temporibus à caudâ Draconis, ceu errantes stellæ cælo deducti in terram projiciantur quorum studium est, ne vincat veritas, & NB. ne Christus super illos regnet &c. Utinam modo inter tales haud numerandi forent ipsi Chiliastæ nostri, dum in plus quam viginti propositiōibus, ut ante ostensum est, in Scripturam S. gravissimè impingunt.*

CII. Eiusdem farinae sunt, quæ §. 4. in Summè Venerandos Præceptores nostros sub generalioribus Terminis debacchatur: *Fieri quidem videmus, quomodo NB. à veritate & Christo discedentes, cum extrâ crucem sint positi, & publica munia in illustribus Academicis vel collegiis occupent (eodem fundamento omnes quoque Ecclesiæ Doctores à tempore Constantini M. sequè etiam ipsum, olim extrâ crucem positum fuisse dicere posset D. Animadvertens) magnâque apud vulgus autoritate polleant, efficacissimis erroribus cor hominum impleant, ut credant mendacio, & è contra-*

rio, illos *sincera ac celestis fidei confessores, quoscivilis & Academica censura, conspirantibus viris Ecclesiasticis, ab officio movit, velut pestiferam aliquam luem* (λοιδόρον Act. xxiv. 5.) & *noxios homines ab omnibus habendos esse arbitrentur &c.* Multa quidem hic dicuntur, sed mera verba negotio non sufficiunt: Aliud nos docere potest supra instituta collatio dogmatis chiliasici & ipsius fidei nostræ, ex quâ abunde patet, non credere eos mendacio, qui chiliasmo contradicunt; sed potius hoc ipso â mendaciis sibi cavere, nec ob sinceram celestis fidei confessionem quenquam inter nostrates ab officio motum esse; sed ne dogmata Scripturæ S. adversantia in Ecclesiis nostris ulterius disseminarentur.

CIII. Mitto cætera passim per totam Animadversionem sparsa scommata, cum de re potius quam de personis hoc in negotio cura esse debeat. Deus quippe, qui cordium & renum est scrutator, solus omnium rectissime cujusq; animum novit, & unicuiq; retribuet secundum opera sua. Hujus arbitrio rem totam Summe Venerabilis D. Præceptor semper commisit, ipse interim Christianâ ἀμνησία libenter adversariis suis condonans, quicquid illis intempestivus furor, ut in ipsum evomerent, suggestit. Si ab illorum parte veritas staret, qui convitiis & criminationibus utramque paginam ubique implere callent, nec nobis verba defutura essent, in eadem palestrâ strenue nos exercendi atque ostentandi: Sed meliora edocti sumus â Salvatore nostro, qui vel acerbissimas sannas ac sarcasmos, quos in ipsum, etiam in cruce pendentem, eructavit plebs Judaica, cum senioribus illorum, ad summam usque patientiam tulit & silentio excepit ὡς λοιδοροῦμεν ὅτι οὐκ ἀντιλοιδόρεθ' ἡ πάσχων οὐκ ἠπέιλ' παρ' ἐπίδου τῶ κείνοντι δικαίως. Ve-

Veritatis quæ
ca illam inter
D. Animadver
paratoris vic
gamma, & r
Abfit itaq; ut
es in D. Ani
serviamus; I
repecturi, idq
mate vindica
veribus quâ
ta corda qu
tinet, ut ipsi
fidei, miseric
facitur.
CIV. U
adversione
rextione:
radant sub
atur nihil
era sunt co
ta, quod chi
xxxii.) Arg
narium ad
publice priva
um, & ille q
Atqui C
salutem; at
privatimq; d
Respon
meditationem
dogma ad fai
quo errore.

Veritatis quippe res hic agitur, non illorum qui circa illam inter se hic dissident, nec impugnandus fuisset D. Animadvertenti Autor Programmatis, si boni disputatoris vices tueri voluisset, sed ipsum & solum Programma, & rationes ibi contra chiliaismum productas. Absit itaq; ut simili modo mordacem calamum acuentes in D. Animadvertentem eadem retorquendo desceviamus, licet audacter quæ falsa deprehendemus rejecturi, idque ipsius Salvatoris Exemplo, qui in veritate vindicandâ non minus atque in cæteris pietatis operibus quàm sæpissime nobis præivit. Deus interim corda quorumvis maledictis se oblectantium ita dirigat, ut ipsi ad bonam frugem tandem redeuntes, à Patre misericordiarum criminis hujus veniam adipiscantur.

CIV. Ut igitur in eodem ordine cum ipsâ Animadversione me contineam, agendum erit ex §. 7. de quæstione: An Chiliastæ dogma regni millenarii obtrudant sub necessitate credendi? (quæ enim §. 6. dicuntur nihil continent rationis pro chiliaismo, sed mera sunt convitia, nisi quod ibi poscitur demonstratio, quod chiliaismus sit error: quam lege suprâ num. LXXXII.) Argumentum erat: Omne dogma non necessarium ad salutem, quod sub necessitate ad salutem publice privatimque docetur & urgetur, est hæreticum, & ille qui id ita defendit, est anathema.

Atqui Chiliaismus est dogma non necessarium ad salutem; at hodie sub necessitate ad salutem publice privatimque docetur & urgetur: Ergo

Respondet hic primo D. Animadvertens, contradictionem esse, quod chiliaismum velimus dicere dogma ad salutem necessarium, cum eum habeamus pro errore. *Quis autem, inquit hic, errorem, levem li-*

cet & tolerabilem, (optandum esset, ut talis tantum foret hodiernus error chiliaisticus: verum longe aliud in superioribus est ostensum, adeò, ut, quamvis doctrina Chiliaistica, qualis in antiquâ Ecclesiâ obtinuit tolerari potuerit, etiam in ministro Ecclesiæ; id tamen de chiliaismo, sub iis circumstantiis, sub quibus ille docetur à D. Animadvertente ejusque asseclis vix amplius dici posse multis jam Eruditissimis Viris videatur: Nec de hoc chiliaismo unquam audivi Venerabilem D. Præceptorem docere, quod sit error levis & tolerabilis, neque etiam, quæcunque in Programmate de chiliaismo posita sunt, cum chiliaismum saltem in genere concernant, non speciatim solum illum D. Animadvertentis, ad hunc applicari poterunt.)
dogma non necessarium ad salutem vocavit aut vocare poterit? Si chiliaismus error est, nec dogma est, nec dogma non necessarium ad salutem: Si autem dogma aliquod est, quale esse in Programmate profiteris, certe error non est. Absurdissima enim distinctio esset inter errorem necessarium & non necessarium. Equidem miror, quo Virum abripuerit carpendi libido. Quis enim ignorat, dogmata etiam vocari ea quæ falsa sunt? Sane, si derivationem vocis spectare velimus, vix quidem Terminus ille aliis quam falsis doctrinis, quæ nobis saltem veræ apparent, tribui posset. B. Calovius in Synops. Controv. Disp. 27. Th. 7. Transsubstantiationem Pontificiam expressè dogma appellat. Imo Salvator ipse falsis Phariseorum statutis vocabulum synonymum *didachis* tribuit Matth. xvi. Idem apparet ex Conjugato *δογμαλισμῶς*, quod Coloss. II. 20. nihil aliud significat, quam falsis dogmatibus seduci. Num igitur & D. Calovio propterea dicere licebit: Si Transsubstantiatio dogma est, error non est? Quod si

fi autem thesin erroneam licet dogma appellare, utique etiam permittetur, ut appelletur dogma ad salutem non necessarium: Necessarium enim illud esse, nemo concesserit. Nec obstat, quod absurdum est, distinguere inter errorem ad salutem necessarium, & ad salutem non necessarium. Non enim dictus est in Programmate chiliaismus, error ad salutem non necessarius; sed consideratus ibi fuit sub conceptu generaliori dogmatis, sub quo utiq; determinare licet de illo, num sit ad salutem necessarius nec ne? Eodem modo, uti licet dicere: Sempronius est animal non cornutum; Et si enim Sempronius homo sit, & absurdum foret, distinguere inter hominum cornutum & non cornutum; sub conceptu tamen generaliori animalis id utique de illo determinare possumus.

CV. Sed missis hisce examinandum jam erit:

An D. Animadvertens chiliaismus urgeat sub necessitate credendi? Conatur quidem ille plurimis se ab hac suspitione purgare, & verba ex propriis scriptis ipsi objecta alio detorqueere nititur (ubi tamen silentio præterit præcipuum, quod in Programmate penultimo loco erat adductum) Interim, quicquid etiam hic subterfugiat, possumus utique illud Chiliaistis nostratibus facile ostendere, quod talia de chiliaismo suo prædicent, quæ non nisi de dogmatibus ad salutem necessariis prædicari possunt. Ita enim habet D. Animadvertens §. 42. sub finem: *Unde, si vel maxime in conscientia erronea esses (dum chiliaismus vocas periculosum errorem) in misero tamen anime statu versaris, qui iniquissimum plane iudicium ferre non timuisti, atque non modo te sed alios etiam deceperis.* Hæc utique non potuisset dicere de chiliaismo, si haberet illum pro dogmate ad salutem indifferenti. Talia enim ab iis, qui de eorum

ve-

veritate nondum sunt convicti, sed suas quoque rationes in alteram partem habent, tuto possunt negari & rejici, aut si quid in iis periculosum appareat, demonstrari. Eodem tendunt verba illa Germanica in Ablehnung §. 10. p. 15. Und kommt es derowegen da hinaus: Wenn derjenige / welcher leugnen wolte / daß von dem Mantel Pauli nichts in der heiligen Schrift stünde / eben dadurch die integrität der heiligen Schrift angreifen würde / so würde es vielmehr der thun / der die Wahrheiten / Prophezeyungen und Verheissungen / die in denen noch rückständigen 1000. Jahren / vor / in und nach denselbigen geschehen sollen / verleugnen / und nur vor süsse Träume ausschelten wolte. Etiam illa dici non possunt de dogmatibus ad salutem indifferentibus; Ecquis enim eum, qui v. g. doctrinam de futura Judæorum conversione vellet negare, si sufficientes haberet dubitandi rationes, Scripturæ integritatem violare diceret. De pallio Pauli longe alia res est, de eo enim tam clare Scriptura loquitur, ut nullus hic dubitandi sit locus.

CVI. Addam adhuc alia: In §. 51. ita loquitur D. Animadvertens: Pro Te D. Professore etiam mori parati (sumus) dummodo cum Deo in gratiam redeas, cujus causam læseris impugnando sc. chiliafinum. Neque hoc utiq; dicturi essent Chiliastæ de dogmate quodam ad salutem adiaphoro. Quis enim, (ut in allato exemplo maneam) posset hoc aut hujusmodi quid dicere cuidam, qui dogma de Judæorum futurâ conversione negaret, si in adversam sententiam satis plausibiles haberet rationes? Quis inquam tali homini vellet exprobare quod Dei causam hoc ipso læserit, adeoq; extra gratiam Dei inde sit positus? Perspicuum igitur est, illum, qui talia de eo, qui dogma quoddam impugnat, pro-

proferre non dubitat, dogma hoc impugnatum urge-
 re sub necessitate credendi. Denique §. 7. in Animadv.
 legimus hæc verba: *Dummodo hoc mihi etiam conceda-
 tur, esse posse, ut illud, quod secundum Dei consilium cer-
 tis temporibus salvâ pietate ignorari poterat, alio tamen
 tempore salvâ eadem pietate ignorari non debeat, multo
 minus negari.* Conceditur, illud accidere potuisse
 tempore V. T. quo Canon Scripturæ nondum ob-
 signatus fuit: v. g. circa mysteria illa de SS. Trinitate
 & Incarnatione &c. item Sacramenta N. T. priorum
 enim non adeo exquisitam cognitionem in V. T. opus
 fuisse atque in N. T. requiritur multi Viri Celeberrimi
 docent, quamvis non plane omni illorum, quoad ip-
 sa essentialia, cognitione fideles tum temporis caru-
 isse dicamus. Dum autem §. 8. inter talia Chilia-
 simum refert, testatur sese eum ponere inter necessaria
 ad salutem, quæ enim ad eam indifferentia sunt, cujusq;
 iudicio subjacent, & habet quivis potestatem ample-
 ctendi ex illis, quæ ipsi quam maxime vero consenta-
 nea videntur, nec pietatem lædit, si forte in hoc judi-
 cio exorbitet. Eodem modo etiam mysteria illa, post-
 quam tempore N. T. plenius revelata fuerunt & salvâ
 pietate ignorari amplius non potuerunt, ex eo utique
 tempore facta sunt necessaria ad salutem. Interim post
 constitutum Scripturæ S. Canonem certum est illud,
 quod nihil hodie necessarium esse possit ad salutem, ni-
 si quod semper in Ecclesiâ N. T. ad eandem fuit ne-
 cessarium. Unde admittere non possumus illa quæ
 subjungit D. Animadvertens in §. 7. *Quæ autem* (illa
 scilicet clausa & obsignata quæ ultimo demum tem-
 pore à multis intelligentur Dan. XII. 4.) *Danielis tem-
 pore salvâ pietate ignorari poterant, ignorari non
 debent, multo minus negari, cum ultima advenerint*

P

tem-

tempora, in quibus secundum promissionem Prophetæ multitudo & nimbus testium orietur, qui Deo per verbum (optimè non enim Deus jam amplius aliquid revelat per internas suggestiones in rebus theologis) mysteria sua revelante, res à seculo absconditas explicabunt. Cumque jam ultima ultime horæ tempora (& hoc bene, non itaque expectanda sit amplius dimidia hora seu millennium chiliaisticum) appropinquent, non dubium est, quin multa hæctenus obfignata arcana resurgantur (& in iis regnum chiliaisticum vid. §. 8.) quibus reseratis, cave illa neges, quæ Deus aperta voluit, quæ antea ipse clausit, ut nemo aperire potuerit, & nunt ita aperit, ut nemo, si maxime velit, claudere possit. Ponatur enim quædam illorum eruta esse à D. Animadvertente, id quod tamen valde adhuc incertum est, tum mihi utique licebit, quamdiu nondum certissime convictus sum, ipsum recte hæc investigasse, de omnibus istis dubitare, imo licet plane quædam existis negare, si negandi quoque suppetant rationes. Hæc enim licentia si circa illa mihi non relinquatur, tum omnia illa sub necessitate credendi mihi obtrudentur, cum tamen nihil hodie possit necessarium esse ad salutem, quod tale non fuit omnibus seculis post obfignatum verbi divini canonem, quoniam certi sumus, Deum post illius obfignationem, nihil amplius novi de rebus fidei revelaturum. Illud concedo, quod is, qui convictus est de alicujus dogmatis licet ad salutem haud necessarij veritate, & tamen pergit præfracte illud negare, graviter peccet; verum hoc non fit iudeo quod dogma illud in se tale sit, ut salvâ pietate negari nequeat; sed quoniam ille contra conscientiam suam aliquid quod falsum esse novit defendere pergit, unde talis, etiamsi in rebus satis parvi momenti

ve-

veritati sciens contradicat (v. g. si quis noverit Cajum Sejo debere aliquot talenta, & tamen causam ejus in judicio ita defendat, ac si illa non debeat) in grande peccatum incidet. Tantum vero abest, ut nos de veritate chiliafmi plane convicti simus, ut eundem manifestæ falsitatis & absurditatis convincere, & quod in Scripturam Sacram in multis gravissime impingat, ostendere queamus.

CVII. Postremo in Programmate Chiliafistas dogma suum sub credendi necessitate urgere inde fuit demonstratum, quod D. Animadvertens loco moveri maluit, quam à chiliafmi dogmate publice proponendo abstinere. Quis enim in rebus ad salutem indifferentibus (v. g. in dogmate de futura Judæorum conversione, ut in allato aliquoties exemplo jam maneam) ita se gerere vellet, ut ab eo publice urgendo, licet à magistratu sæpius inhibitus, non possit desistere, donec eo tandem res deveniat, ut ipse hanc ob causam loco cedere jubeatur? Illud autem factum esse à D. Animadvertente in defensione chiliafmi notum satis est, nec ipse facile hoc negabit. Multa quidem affert quibus se excuset, ac contra Serenissimi Principis edicta nihil commississe lectoribus persvadeat: Verum ista examinare non est ex ratione instituti, & relinquendum hoc illis, qui negotio ipsi præsentés fuerunt. Sufficit, quod non minus ipsi quam Summe Reverendis Dominis Collegis causam suam dicendi facultas data sit, ubi si ab isthoc intentato crimine sufficienter se purgare potuisset, procul dubio, non fuisset loco motus, quod vel inde apparet, quod ante, cū non ita manifestò criminis hujus convinci posset, liber fuit dimissus. Imo ipse D. Animadvertens, dum in culpâ hâc à se dimovendâ maxime desudat, in §. 42. talia profert, ex quibus non

solum facile patet, quod contra edictū Serenissimi Principis, chiliasmum publice defenderit; sed etiam, quod eum in tali casu, ubi ab aliis publice impugnatur & inter errores collocatur, à se defendi debere censeat, colligitur. Verba ipsius in hanc rem ista sunt: *Si vero huc res credit, an chiliasmus ille sanctus à me creditus, inter errores sit collocandus & damnandus. Tum Scripturae veritas, quae chiliasmum illum inculcat, defendenda omnino est, nisi scripturam ipsam violari sinam, unde, cum hæc (Scriptura) inter necessaria sit numeranda, & minister Dei omnes scripturae apices & unumquodque jota defendere teneatur iussis Principū non tenetur, cum hæc in re non nisi Christum Ecclesiae suae caput, ut solum supericrem agnoscat.* Prius autem à Dominis Collegis suis factum esse conqueritur §. 41. quod illi scilicet chiliasmum publice refutarint & inter errores posuerint, unde non potuit non ex sua quidem sententiâ D. Animadvertens eundem publicè, idq; contra edictum, defendere. Hoc ipso autem iterum prodit, quod chiliasmum habeat pro dogmate ad salutem necessario. Sit enim denuo hic exempli loco dogma illud de Judæorum conversione futurâ, quod ad salutem, ut in confesso est, non est necessarium. Sit autem interdictum in certâ quâdam urbe, de illo publice aliquid doceri. Exsurgat vero alter, & publice doceat, vanam esse hujus conversionis spem & in verbo Dei nullum habere fundamentum. An autem ideo illi, qui ex verbo Dei sciunt, dogma hoc tamen verum esse, statim tenebuntur violatò edicto illud defendere? Neutiquam, cum nihil detrimenti inde fidelium animabus (quarum cura Pastori Ecclesiae saltem est demandata) possit enasci, in dogmatibus enim ad salutem indifferentibus quicquid in utramque partem statuatur, perinde est, dummodo

ne

ne quis, quod falsum esse novit, hic defendere studeat, vel analogiæ fidei alicubi contradicatur. Hinc Minister Ecclesiæ non habebit, quod suo cœtui inde metuat, etiamsi nonnulli incipiant dogma de futura Judæorum conversione pro vano habere. Tenetur ergo hic filere ac Magistratum jussa observare; quamvis, ubi non intercedit tale edictum, alia sit ratio. Nec valet illud quod de integritate Scripturæ S. in citatis objicitur, eam scilicet impugnari, si dogma aliquod in illâ stabilitum pro falso habeatur, etiamsi ad salutem sit indifferens. Distinguendum enim hic est inter eos, qui norunt tale dogma in Scripturis S. contineri, & inter eos qui persuasum habent, illud ibi plane non habere fundamentum. Priores utiq; violant integritatem Scripturæ S. si velint dogma hujusmodi negare, non vero posteriores, aliàs enim quævis aberratio in Scripturæ S. sensu eruendo violaret integritatem Scripturæ, etiamsi præter intentionem explicantis illa contingat. Brevibus: Is integritatem Scripturæ impugnat, qui dicit: Etiamsi Scriptura doceat aliquid de conversione Judæorum, ego tamen, quicquid etiam Scriptura S. dicat, illam non credo, sed pro vanis somniis habeo: Non vero ille, qui v. g. ita dicit: Nuspiam inveni locum in totâ scripturâ, in quo conversio hæc doceatur, unde credo illam nihil nisi merum ludibrium esse, omni Scripturæ fundamento destitutum: Quamvis posterior ille à veritate interim valde, citra voluntatem tamen, exorbitet.

CVIII. Quæ cum ita sint, judicent omnes, qui præjudiciis non sunt occupati, annon re verâ chiliastrum pro dogmate ad salutem necessario nobis velit obtrudere D. Animadvertens, etiamsi à necessitatis termino sedulo semper abstineat, eumq; hic sibi imputari

nolit. Atque adeo ex propria ipsius confessione manifestum est, quod chiliaismus qui hanc ratione urgetur, sit dogma hæreticum. Ita enim loquitur §. 37. *Si aliquis veritatem illam, quam Deus in verbo absolute necessariam esse noluit, tamen ut dogma absolute necessarium ad salutem Ecclesiæ obtrudat, ille in re quidem bonâ, circumstantiis tamen male ageret, & gravissime erraret. Cum Tertulliano etiam tecum confiteor, nos, cum credimus, non desiderare ultra credere: Hoc enim prius credimus, non esse quod ultra credere debeamus cuius sensum hunc quem affers, esse ita affirmo, scripturam absolute credenda, & ad salutem necessaria ita proponere, ut non solum asserat, hoc vel illud esse necessarium, sed etiam hoc solum esse necessarium, unde eum qui res illas seu erroneæ sint, seu non necessaria, inter absolute necessarias posuerit, aliquid contra scripturam, cui aperte contradicit, sequere illâ superiorem facit, quantum in se est, statueret & Ecclesiæ credendum obtrudere, & eo ipso fieri hæreticum, cuius malum nomen non meruisset, si dogma, erroneum licet, cum probandi libertate proposuisset, at cum dogma suum, licitum & non malum, & quod fundamentum salutis de cætera saluum relinquat, cum credendi necessitate proposuerit, & Ecclesiæ more hæreticæ defensionis obtruserit, hæreseos notam vitare non posse. Omnia rectè & verè. Quid ergo aliud dicendum de dogmate chiliaistico, cum satis constet, illud nobis eodem modo obtrudi, ac si esset ad salutem necessarium, etiam si ejus defensores hoc ipsum confiteri subterfugiant? Sane parum ab hoc crimine purgabit D. Animadvertentem, quod ille aliquoties fassus fuerit, se credere, quod multi ex antiquitate, qui regnum chiliaisticum plane non crediderunt, illud tamen intraturi sint, cum semper excipiat, hoc tempore id non amplius valere, (nisi in*

in simplicioribus quibusdam, de quibus ita loquitur in
 Ablehnung S. 10. Auch diejenigen / die es iho noch so di-
 stincte und eigentlich nicht erkennen / leben aber doch in
 dem Glauben des Sohns Gottes / die können ebensals
 zu solcher Prærogativ der ersten Auferstehung kommen)
 postquam scilicet à se, ut putat, dogma hoc tam aper-
 te ex scripturis ostensum & in lucem protractum est,
 nec in tanto lumine jam quenquam studio debere cœ-
 cutire, aut salvâ pietate eidem posse contradicere, ut in
 superioribus ostensum est. Fatemur autem & nos,
 tempore V. T. multos salvatos fuisse, qui non omnia
 illa quæ nos in Catechismo nostro habemus, exacte
 sciverunt, nihilominus tamen nostris temporibus Ca-
 techismum pro compendio necessariorum ad salutem
 habemus. Notari hanc in rem merentur verba D. A-
 nimadvertentis in Ablehnung S. 10. p. 15. dieses sehe ich
 noch hinzu / daß es denen heutigen Lehrern und Professoren,
 welche diese Wahrheit / die iho von dem Reiche Chri-
 sti so herrlich hervor bricht / und aus der heiligen Schrift
 ganz deutlich wird vorgestellet werden / doch præfracte,
 und daß sie nur ihre hypothesen behalten mögen / (calu-
 mnia hæc est) leugnen wollen / nicht so wird zu gut ge-
 halten werden / wie die / welche / als die Zeiten noch nicht so
 nahe / und die Wahrheiten noch nicht so entdeckt waren /
 diese Sachen noch nicht eingesehen haben. Idem pro-
 bare vult ex Apoc. xiv. 9. ex quo loco docet post reve-
 latum Antichristum eos, qui ulterius ipsi adhæsuri ef-
 sent, hujus criminis veniam non impetraturos, ut an-
 te id tempus. Satis ergo apparet, quanti finem ha-
 beri velit chiasmum D. Animadvertens. Quod ve-
 ro attinet revelationem Antichristi, certum est, eos
 qui Antichristo adhærent, salute æternâ excidere.
 Non tamen idcirco omnes qui in regno aliquo Anti-
 chri-

christiano vivunt, aut in quibusdam rebus fidei (si modo non simul ipsa fidei fundamentalia corrupta sint) hanc ob causam sunt seducti, Antichristo proprie adhærent; at si deinceps convicti fuerint, illum esse Antichristum, & tamen pergant ei adhærerere (vel si saltem hac de re se nulla ratione convinci patiantur) tum ob hoc crimen utiq; damnationis pœnam incurrant. Ut adeo non mirum sit, ante revelationem Antichristi eos qui sub ipso vivunt, facilius veniam impetrare, quam qui post revelationem eum defendere pergunt, cum priores non adhæreant Antichristo quatenus Antichristo, sed quatenus ab ipsis tanquam bonus Ecclesiæ pastor concipitur, unde non nisi posteriores proprie Antichristo adhærentes dicere possumus. At longe alia circa chiliasmum est ratio, argumenta enim, quæ hæctenus pro illo D. Animadvertens protulit, tanti non sunt, ut ejus veritatem ^{dicendum} possint evincere, unde Professores & Doctores qui hodie idem dogma ex Scripturis refutant, non dici possunt quod præfracte nolint se convinci, licet veritate sufficienter demonstratâ & declarata. Deinde, nec tanti etiam momenti quæstio est, an adhuc expectandum sit regnum millenarium? quam illa, an sectandus amplius sit Antichristus? Manet proinde, quod in nullo dogmate aliquis ei contradicens (siquidem id non faciat contra conscientiam, sed solidis ac plausibilibus quibusdam & non omnino levibus argumentis inductus) possit iram Dei hoc ipso incurrere, nisi in iis quæ ad salutem creditu sunt necessaria, inter quæ utiq; est thesis illa, quod Antichristus, quatenus Antichristus non sine dispendio salutis possit adorari, posito scilicet eundem jam esse manifestatum, quoniam huic thesi contradicens tale dogma defendit, quod ipsum à salute plane excludit.

Ubi

Ubi tamen notandum quod dogmata ad salutem necessaria duplicis sint generis, quorundam enim simplex ignorantia adultos à salute excludit, v. g. quod Christus pro peccatis nostris satisfecerit. Quorundam vero negatio vel contradictio saltem id facit, v. g. quod codex Scripturæ S. sit verbum Dei: In quo posteriori genere ponimus dogma de non adorando Antichristo.

CIX. Constat itaque è dictis, quod Chiliastæ hodierni quam diu illa de suo dogmate prædicant, quæ in antecedentibus memorata & ostensa sunt, non possint hæreseos notam effugere, adeoque verum maneat illud, quod in Programme asseruit Summe Venerabilis Dominus Præceptor, nempe: *Si aliquis, certe chiliasmus est aliud Evangelium, quam quod à Christo & Apostolis accepimus; esto igitur anathema.* Verba hæc dum citat D. Animadvertens §. 37. subjungit: *Hic in genere de chiliasmo, non quando sub necessitate credendi proponitur loqueris* (cum tamen vel maxime in Programme sermo fuerit de eo, quod chiliasmus nobis hodie sub necessitate credendi obtrudatur) *illumque aliud vocas Evangelium, quam quod à Christo & Apostolis accepimus, & quidem, quod addis, anathema illum esse, qui istum asserat; sed Vertumni more alibi alia loqueris, tibi que ipsi turpiter contradicis, dum chiliasmum dogma esse asseris* (dogma utique sed erroneum, quale est Pontificiorum Purgatorium, de quo utique dicere licet, quod nec illud ad salutem necessarium sit, in primis in tali disputatione, in quâ quæstio de veritate aut falsitate dogmatis hujus seponitur, quemadmodum etiam illud sæpissime in publicis prælectionibus addidit Summe Venerabilis Dominus Præceptor cum proponeret Argumentum sæpius memoratum: Non jam de eo di-

2

spi.

puto, an chiliafmi dogma fit verum nec ne, sed hoc jam probaturus sum, hodiernos Chiliaftas, etiamsi dogma ipforum aliquid veritatis habere ponatur, hæretice tamen id urgere, & eo ipfo, quod sub neceffitate credendi id obrudant, hæreticos fieri) *licet non neceffarium ad salutem, quod ego tamen sub neceffitate credendi Ecclefiis obrudere vellem.* Apparet autem ex interjectis, & collatione superiorum, quam vana fit hæc inculatio contradictionis, cum fatis rectè simul confiftere queant, quod chiliafmi fit dogma non neceffarium ad salutem, & dogma nec a Christo nec ab Apoftolis traditum: Utrumq; enim non minus de purgatorio & Transubftantiatione Pontificiorum rectè potest enunciari. At indignatur hic quoque D. Animadvertens, quod sibi in Programmate oppofita fuerint verba Vincentii Lerinentis: *Annunciare aliquid Christianis Catholicis præter id, quod acceperunt, nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit. Et anathematizare eos qui annunciant aliquid, præterquam quod femel acceptum est, nunquam non oportuit, nunquam non oportet, nunquam non oportebit: &c.* Verba hæc, inquit, cum grano falis eſſe intelligenda, cum alias olerent tyrannidem Papifticam, ubi conſcientiis dominia & frena injiciunt, nihil quicquam e facris volentes eſſe credendum, aut pro veritate agnoſcendum, niſi quod ipſi viderint & credendum præſcripferint. Concedo, verba hæc cum grano falis accipienda eſſe, & ex intentione ipſius Vincentii explicanda, ut ſcilicet *annunciare* hic idem fit, quod, tanquam dogma fidei ſeu Evangelii & ad salutem neceſſarium proponere, unde libenter largimur D. Animadvertenti, licere adhuc aliquid e ſcripturis diligenti indagine eruere, quod forte majores noſtri nõ attenderunt, modo non, multa pro lubitu & ſine grayibus rationibus

ex

ex Scripturis deducendo luxuriemur, & nemini nostra pro necessariis ad salutem obtrudentes, cuique ea probandi & examinandi libertatem relinquamus. Imo potest quis plane falsa, si vera illa credat, v. g. Chiliasmum, modo in eo nullibi contradicat fidei, saltem problematice proponere, & tamen non modo in Ecclesiâ tolerari, sed & Ministri Ecclesiæ munia tueri, si scilicet assumendi aut rejiciendi eum singulis pro ipsorum iudicio relinquat libertatem, atque si forte a Magistratu silentio eum premere jubeatur, illius mandatis obsequium non recuset, quamvis alia sit ratio si quis dum chiliasmum inculcat, simul articulos de resurrectione mortuorum, & iudicio extremo, velut eos ex sacris literis aperte deductos fide nostra tenemus, impugnare conetur.

CX. Superest hic ut paucis examinetur, num illud sit facere hæreticos per consequentiam, dum Chiliaftas dicimus hoc ipso in hæreseos notam incidere, quod de chiliasmo talia prædicent, quæ non nisi de dogmate ad salutem necessario possunt prædicari. Ita enim contra summæ Venerabilem Dominum Præceptorem insurgit D. Animadvertens in *Ablehnung* §. 10. p. 13. *Wie kömt denn ein Professor Theologiæ zu Helmstädt dazu/ daß er mir dessen (quod scilicet sub necessitate credendi chiliasmum velit obtrudere) Schuld giebt in einem öffentlichen Programme? Meinert er/ das es gnug sey/ wenn er sehet/ ich hätte solche necessitatem a me creditam callide, listig und heimlich versteckt? Ist er auch einer mit von denen/welche consequenzen Ketzer machen? Thut er nun das selbst/ was seine Vorfahren an den andern gestrafft haben/ die so fertig damit gewesen seyn? Soll ich denn nun nothwendig glauben/was er mir beylegen wil/ das ichs soll geglaubt haben? Sane si hujusmodi responsio locum habere possit, quævis negatio*

posset evertere id, quod ante sufficienter jam probatum est. Chiliastæ quippe nostri, hoc ipso dum dicunt salvâ pietate jam non amplius posse ignorari multo minus negari regnum chiliaisticum, illud dogma jam hæretice urgent, ac Ecclesiæ aliud Evangelium præterquam quod annunciatum est obtrudunt, non vero tantummodo inde, quod ex hoc facto per bonam consequentiam deduci possit, ipsos habere hoc dogma pro necessario ad salutem. Non itaque fiunt hæretici per consequentiam, sed facto ipso, dum etiamsi dissimulent se habere hoc dogma pro necessario ad salutem, id tamen ita proponunt & urgent, ac si esset tale, id quod jam sufficit ad illud, ut dici possint hoc dogma hæretice urgere. Ille autem hæreticus per consequentiam appellari solet, qui quidem aliquid docet, quod non est in se hæreticum, tale tamen ut ex eo deduci queat thesis hæretica, v. g. si quis Christum neget risibilem fuisse, eo quod nunquam risisse legatur, ex quo deinde sequetur illum nec fuisse verum hominem. Interim si ille qui prius docet, nihilominus constanter adhuc teneat Christum esse hominem, neque ex sua thesi contrarium sequi agnoscat aut apprehendat, illum pro hæretico & anathemate haberi Majores nostri admittere noluerunt. Differentia igitur in eo est, quod illa quæ docent hæretici per consequentiam, in se non sint hæretica, at dum Chiliastæ negant salvâ pietate chiasmum amplius posse ignorari, hæretice eum jam urgent.

CXI. Sed ordo Animadversionis me jam vocat ad illam controversiam, de distinctione librorum Scripturæ S.N.T. in Protocanonicos & Deuterocanonicos, in qua reprehendendâ, mirum quantum in utroq; scripto adversus Summe Venerabilem Dominum Præceptorem edito desudat. Verba ejus hæc sunt: *Quid vero*
in

in subsequētibz thesibus audio? Nullo, inquis, in Scriptura & textu perspicue aliquod Christi terrenum M. annorum regnum promittitur; quæ enim ex Apocalypsis vigesimo capite proferuntur, secundum literam intellecta libris Scripturæ Canonicis primi ordinis repugnant. In disputationibus autem ad hominem argumentum ex libris Scripturæ Deuterocanonicis non nisi cum conditione admittitur, quatenus illud cum libris Canonicis primi ordinis concordat & inde confirmatur. Duo ingentia *ἑδελύματα* occurrunt, à Professore Helmstadiensi ad pudorem universæ Evangelicæ religionis posita: Primum, Apocalypsin non esse librum Protocanicum, seu non esse inter libros Canonicos primi ordinis referendum: Alterum, ea, quæ in capite vigesimo proferuntur secundum literam intellecta repugnare canonicis libris primi ordinis, adeoque ipsi Canoni. Audiatur hic etiam scriptum Germanicum, cui titulus *Ablehnung der schändlichen Auf lagen* / ubi in hæc verba erumpit D. Animadvertens. *Das aber der Herz Professor und Doctor Theologiæ in seinem Programme, darinn er die öffentliche Noth unserer Kirchen klaget / schreiben darff mit nachfolgenden Worten: Quæ ex Apocalypsis vigesimo capite proferuntur, secundum literam intellecta libris Canonicis primi ordinis repugnant. Das ist: Welche Dinge aus der Offenbahrung Johannis am 20. ausgezogen (nemlich von den Chiliaften zum Beweis des 100. jährigen Reichs) und nach den Buchstaben vorgebracht und verstanden werden (verteere debuißet so sie nach den Buchstaben verstanden werden) dieselbigen Dinge widerstreben den canonischen Büchern erster Ordnung / und sind ihnen zuwidern (NB. si recte & incorrupte sensum Programmaticis explanare voluisset, dicendum fuisset: Wenn man das jenige / so die Chiliaften aus der*

Offenbahrung Johannis am 20. anziehen / nach den Buchstaben verstehen wolte / so würde solcher Verstand den canonischen Büchern erster Ordnung zuwider laufen) Darüber habe ich mich fast sehr entsetzet / als daraus ich sehe / in was vor einem æstim dieses heilige Buch / welches ein Schlüssel aller Propheten / gleich wie die Epistel an die Hebræer der Schlüssel aller Opffer im alten Testament ist / bey solchem Herrn Professore der ein Christ / und auff einer Christlichen Universität ein Lehrer seyn wil / auff. und angenommen werde. Et interjectis quibusdam. Hätten meine Widersacher / die vor einiger Zeit gegen mich gestritten / diese seine unchristliche Antwort gewust / so hätten sie in vielen Stücken aus der Sache leichter kommen können / aber nun haben sie noch den respect für diesem heiligen Buch gehabt / welchen er ganz aus den Augen setzet. (Quando tandem finis calumniarum erit?) Unterdessen gibt diese seine Ausflucht / damit der Herz Professor denen heiligen Menschen Gottes die canonischen Bücher also frech abwieget und abmisset / und etliche unter die canonischen erster Ordnung / andere aber unter die canonischen Bücher anderer Ordnung setzet / und noch dazu bejaet / daß die Apocalypsis c. 20. wo ihre Worte nach den Buchstaben behalten und verstanden würden / mit den canonischen Schriften erster Ordnung stritten (verissimum esse hoc assertum , quicquid etiam hic descæviat D. Animadvertens , infra probabitur) gnug zu verstehen / wie er der Wahrheit / die ich mit Johanne nach seinen klaren Worten / da er in 6. Versiculn 6. mahl der 1000. Jahr erwehnet / nicht widerstehen möge / so lange dieses Buch in der autorität , die er ihm doch wol lassen soll / stehen bliebe / darum so müste man es also angreifen / und sagen / es wäre die Apocalypsis nicht ein Buch erster Ordnung /
auf

auf daß man dem / der die Apocalyptische 1000. Jahre
als rückständig noch glaubet / desto besser begegnen könn-
ne; welches der seelige Seidenbecher auch schon einge-
sehen / der da saget / wenn die jenigen / so gegen das
1000. jährige Reich Christi sich setzten / solten ihre Her-
zens Meynung an den Tag geben / so würde die heilige
Offenbahrung von ihnen wol nicht unter die libros ca-
nonicos gezehlet werden / oder man würde zum wenig-
sten wünschen / daß die 1000. Jahre nicht darinn stünden.
Es hat zwar der Herr Superintendentens in Lübeck / in des-
sen Antichiliasmo p. 182. des Seidenbechers eigene
Worte angeführet sind / nicht glauben wollen / daß sol-
ches in dem Herzen eines Theologi seyn würde; (re-
ctissime, nam D. Præceptorum per summam injuriam id
imputatur) aber siehe / nun gibt sich dieser Helmstädti-
sche Herr Professor, und sein Herr Collega / der in einer
öffentlichen Oration mit nicht ungleicher Art von diesem
seeligen Buche soll ausgesprochen haben (verba Beati
Viri, sicut ipsemet auribus illa excepi, erant hujus-
modi: Si velint contra nos urgere Chiliastæ caput vi-
gesimum Apocalypseos, meminerint ipsis non aliam
hujus libri afferendam esse explicationem, nisi quæ
libris Canonicis primi ordinis non repugnet. Hoc si
negare velint Chiliastæ, concedent posse ex Apocaly-
psi pro lubita intellectu etiam talia deduci quæ v. g.
Evangelio Johannis contradicant, id quod absurdissi-
mum est) ganz bloß / daß sie / was längst in ihrem
Herzen gelegen / nun öffentlich ausgesaget / und gar
in die Welt geschrieben haben. O erschrecklicher Ver-
fall! indem man / ehe man seine falsche vorgefaßte Mey-
nung (nostra de rebus novissimis doctrina ex apertis
Scripturæ S. testimoniis supra fuit deducta, falso igitur
appellatur falsa & præconcepta opinio) wolte, fahren
las

lassen) lieber das heilige Buch aus dem canone der Bücher erster Ordnung heraus werffen/ und sagen wil/das/ wo die Worte nach den Buchstaben c. 20. genommen wurden/ sie den andern Büchern heiliger Schrift/das ist Christo/ Mosi und den Propheten/ Evangelisten und Aposteln contradicirten. Eodem pertinent quæ habet Animadversio §.14. *In illorum (quos mali nominis homines damnavit Antiquitas propter rejectum Danielem) numerum & tu temetipsum refers, qui, ut male cause tue consulas, ipsam Apocalypsin hostili animo aggredieris, nec inter libros primi ordinis canonicos eam esse agnoscis, ut falsos tuos de M. annis & primæ resurrectione conceptus servare possis, quod ipsū facinus tuum probatissimis ac ingenuis Christianis pro sancti Chiliafmi veritate astruendâ argumentum esse debet, cum videant, non responderi posse ab Antichiliafistis ad fundatissime veritatis pondera & momenta, quæ ex textu Apocalypstico urgent sancti millenarii defensores, nisi ipse Canon Apocalypcticus in dubium ab illis vocetur. Falsissimum hoc, quippe Dominus Præceptor ultra binas septimanas in publicis prælectionibus occupatus fuit in genuina Capitis XX. Apocalypatici explicatione tradendâ, ubi abunde ostendit, quam nihil in hoc Capite pro chiliafmo præsidii reperire possint nostri Millenarii.) saltem ut hoc obtineant, ne in eo pretio librum hunc habeant, quo libri Scripturæ Canonici primi ordinis habentur (sane illud nec à me, nec à quoquam Dominorum Commilitonum obtinuit aut obtinere desideravit Dominus Præceptor, sed plus vice simplici asseruit, Apocalypsin in se, ejusdem autoritatis & certitudinis esse cum libris canonicis primi ordinis, quicquid autem hic addi solet limitationis, id fieri in disputatione AD HOMINEM,) sed ut in disputationibus ad hominem argumen-*

mentum ex libris canonicis secundi ordinis non nisi cum
 conditione admittatur, quatenus illud cum libris Cano-
 nicis primi ordinis concordet & inde confirmetur. Hoc
 si lucrati fuerint, putant faciliori pugnâ contrâ nos se
 insurgere posse, & cum in nullo scripto Prophetico vel a-
 lio libro Canonico veteris vel N. T. tam expressa M. an-
 norum mentio fiat, paratas sibi semper esse exceptiones
 aliquas, atque hoc ipso tot difficultates non minimas si-
 bi sublatas esse, quibus aliàs premerentur. Verum vi-
 det veritas, & quivis pius callidas hasce artes & stra-
 tagemata; videt & nudum latus vestrum, quomodo an-
 tenna vestræ gemant, noctuæ trepident, nec vultum o-
 rientis clarissimi sideris sui sustinere possint, ut cum ma-
 gna illos necessitas urgeat, ipsum canonem suspectum red-
 dere malint, quam ut cum illis millenarii defensoribus
 salvâ Apocalypseos manente canonicâ veritate congre-
 diantur. Deinde in §. 15. præmissis nonnullis ita per-
 git: *Quis ergo Evangelicus tam audax est, qui non unum
 vel alterum verbum, sed totum librum hunc san-
 ctissimum tollere non erubescit, (At quis tam audax est
 qui criminis hujus absque sufficiente probatione Ev-
 angelicum insimulare non erubescit?) autoritatemque
 ejus divinissimam imminuere (etiam hoc falso Domino
 Præceptori imputatur) nec inter libros primi ordinis
 canonicos referre conatur? (Non unum aut alterum
 saltem Evangelicum sed Celeberrimos quoque distin-
 ctionem librorum N. T. in primi & secundi ordinis
 cum ipso B. Lutero admisisse ex ante adductis illorum
 nominibus manifestum est, nec ante D. Animadver-
 tentem ullus Evangelicus, quod ego quidem sciam,
 inventus fuit, qui hanc distinctionem commode ex-
 plicatam plane improbaverit, ne dum tantos in eam
 strepitus & clamores sustulerit. Videant autem Chi-*

R

liastæ,

liastæ, ne id cuius alios insimulant in ipsos quadret, dum librum IV. Esræ propterea divinæ volunt esse auctoritatis, quod in eo se præsidium aliquod dogmatis sui invenisse sperant vid. hac de re Freybürgerum sive Seidenbecherum §. 278. seqq. Chiliafm. S.) *Quæ te agit intemperies? Quis vesanus tumor? Quis furor? Cave ne fulmen huic libro annexum te petat, & millies à Deo veniam roga, ne, dum M. illos annos, & propter hos totum librum parvi æstimas (utrumque falsum!) in M. mentis angores aliquando dilabaris, & sero sentias veritates illas, quas sic suspectas reddere voluisti.* Hæc itaque sunt fulmina, quæ in Dominum Præceptorem evibrat D. Animadvertens. Quæ quidem tantum iracundiæ impetum præ se ferunt, ut majore cum vehementiâ non putem exclamasse Terentianum senem illud: O cælum! O terra! O maria Neptuni! Sed cum satis jam fit clamorum atq; increpationum, tempus tandem erit ut etiam altera pars paucis audiatur.

CXII. Brevibus itaque hac in causa agendum erit (1) de Distinctione librorum N. T. (2) an in ordine ad hominem argumenta in rebus fidei [de illis enim tantum sermo Programmati fuit] non nisi cum conditione sint ex libris Deuterocanonicis admittenda, nempe quatenus congruunt cum libris Protocanonicis? (3) an illa quæ ex Apoc. xx. proferunt Chiliastæ, si secundum literam intelligantur, pugnent cum libris Protocanonis? Cætera enim omnia falso imputantur Domino Præceptori, v. g. daß er allen respect dieses Buches aus den Augen gesetzt / aut quod sibi non confidat è difficultatibus quas nobis objiciant Chiliastæ emergere, nisi extirpato hoc libro è canone, quod ejus auctoritatem in dubium vocet, imo quod eum plane

ne tollat, & innumera alia quæ in citatis ex Animadver-
 sione & scripto Vernaculâ edito ad nauseam usq; con-
 gesta perq; summam injuriam D. Præceptorum expro-
 brata sunt. Primum ergo quod attinet, minime opus
 fuisset, ut distinctio illa librorum N. T. in Protocano-
 nicos & Deuterocanonicos inter *βιβλία* ingentia
 numeraretur, quæ ad pudorem universæ religionis Ev-
 angelicæ proposita sit, cum præeuntes hic habeamus
 optimos quosque veritatis Evangelicæ Assertores,
 qui utiq; non ita stupidi fuerunt ut aliquid quod totam
 nostram religionem pudori possit prostituere, doce-
 rent. Neque hoc pacto plus detrahetur libris Deu-
 terocanonicis, quam si v. g. duos librorum V. T. or-
 dines vellem constituere, ita ut in primo ponantur quo-
 rum Autores sint cogniti, in secundo vero, quorum
 Autores sunt incogniti. Quis inquam talem distin-
 ctionem statim vellet damnare, aut clamare: Quis ti-
 bi potestatem dedit, libros Scripturæ S. pro lubitu parti-
 tiendi? Eadem quippe libertate & ipse B. Lutherus u-
 sus non retinuit eundem librorum V. T. ordinem, qui
 habetur in Codice Hebræo, nec enim refert num quen-
 dam librum Scripturæ in hoc vel illo ponamus ordi-
 ne, dum modo divinitatem & sanctam auctoritatem
 illi non detrahimus, negotium enim totum in meris
 consistit terminis. Neq; hæc distinctio librorum N.
 T. eum in finem excogitata est, ut Chiliaftis ex Apo-
 calypsi nos impugnantibus melius obviam iri posset,
 sed jam diu fuit ante id tempus, quo infaustæ circa
 hoc regnum contentiones nobis per Chiliaftas sunt e-
 natae. Denique, quoniam video in solis Helmstadien-
 sibus illud improbari, quod in cæteris Evangelicæ do-
 ctrinæ assertoribus per omnes ætates admissum fuit,
 obsecro quemvis æquum lectorem, ut quæ hac de re

nostra sit sententia, non velit ex strepitu & clamore contradicentium, sed ex ipsis nostratum Scriptis & confessionibus æstimare. Ita autem hac de re loquitur B. noster Hildebrandus Theol. Dogm. Cap. 2. Sect. 3. de Canone Scripturæ §. 27. *Hæc scripta (quæ in primo ordine ponimus) cum ab initio Ecclesiæ constanter à Christianis pro divinitus inspiratis habita sint, protocanonica vocaveris; sed deuterocanonica, quæ olim in dubium vocata sunt. Hujus ordinis sunt posterior Epistola Petri, secunda & tertia Johannis, Epistola ad Hebræos, Jacobi, Judæ, Apocalypsis. Sed pii veteres non tam de canonicâ eorum autoritate, quam de autoribus dubitasse videntur. Et Evangelici Doctores deuterocanonici istis fere omnes divinam autoritatem hodie assignant, quibus NOS etiam SUBSCRIBIMUS.* Hæc est confessio nostra prout in plurimis nostratum scriptis, antequam in faustum hoc certamen cum Domino Præceptore à D. Animadvertente fuit in initum, eam reperire licet, in quâ si acquiescere nolit D. Animadvertens, & aliquid ulterius nobis impingere, merito ipsi reperi poterit illud quod contra D. Præceptorem urget in *Ablehnung* §. 10. *Sollen wir denn nun das nohtwendig glauben / was er uns beylegen wil / das daß wirs sollen geglaubet haben.*

CXIII. Dicis: Annon sufficiens indicium est, nos minoris æstimare Deuterocanonicos libros, quod in Disputatione ad hominem argumenta ex illis petita assumere nolimus in rebus fidei (de quibus solis Programmati sermo fuit) nisi confirmentur ex libris Protocanonicis? Respondeo, illud libris iis mere ex accidente contingere. Ratio est, quoniam non tantum de autoribus, sed & de autoritate eorum ab orthodoxis etiam Ecclesiis nonnullis olim fuit dubitatum. Licet igi-

gitur nos sanctæ hujus libri auctoritati nihil derogemus, non possumus tamen statim ab Orthodoxorum numero excludere, si qui eandem in dubium vocent, quemadmodum in primis etiam B. Luthero nostro venia hæc danda est. Si jam dicis: Nobis igitur in dogmatibus fidei ex hisce libris etiam sine aliorum confirmatione assumenda esse argumenta, cum eorum infallibilitatem agnoscamus: Respondeo, quod non: Si enim haberemus dogma fidei, quod ex solis libris Deuterocanonicis probaretur, illud in dubium vocari posset ab omnibus de auctoritate horum librorum dubitantibus. At, qui dogma aliquod fidei in dubium vocat, hoc ipso incipit esse hæreticus. Quis autem omnes prisceas illas Ecclesias particulares hosce libros non recipientes, imo ipsum B. Lutherum, hæreticos esset pronunciaturus? Si igitur Orthodoxus manere potest qui de Deuterocanonicorum auctoritate dubitat, orthodoxus etiam manere poterit, qui de omnium ex iis solis deductorum dogmatum veritate ambigit. Si autem inter hæc darentur quoque dogmata fidei, posset quis de genuino fidei dogmate ambigere, & tamen manere orthodoxus, quod est absurdum: Dogmata enim fidei hic vocamus illa, quibus negatis orthodoxa fides simul, negatur. Si quis igitur pro tali dogmate Chiliastrum (ut haud obscure faciunt millenarii nostri) nobis obtrudere vult, illi non sufficit, ut ex solâ Apocalypsi eundem probet, sed apodiëtica quoque Argumenta ex aliis libris afferre debet, in primis, cum liber Apocalypticus ita sit abstrusus, ut quicquid ex ejus visionibus eruitur, magis conjecturam saltem quam certissimam & apodiëticam veritatem plerumque gignat. Sed neque ex Apocalypsi Chiliastrum solide posse probari, satis in sequentibus demonstrabitur, unde strepitus illos & clamores

hac de causa in Animadversione motos parum curamus, dum sibi, mirum quantum D. Animadvertens gratulatur, quod unicus ille Apocalypseos locus non possit non chiliasticum dogma nobis obtrudere, nosque ne amplius hujus apertâ pronuntiatione urgeamur, auctoritatem ejus in dubium vocare falsissimò criminatur.

CXIV. Objicit autem D. Animadvertens, absurdum esse, ut vocetur id canonicum, ad quod nihil certi possit mensurari, id quod etiam haud parvi videtur esse momenti. Respondeo autem breviter, hoc ipso quod ex illis nova dogmata cudi haud temere debeant, non omne canonis officium ipsis eripi, quippe profunt adhuc, imo sæpe etiam requiruntur, ad ulterius confirmanda & uberius declaranda illa quorum fundamenta jam in libris Protocanonicis jacta sunt. Et præterea, nullum quoque licet dogma proponere credendum, de quo evidenter constat, quod illud contradicat cuidam ex hisce libris. Ita peccant Pontificii, dum contra Jacobum docent, posse dari fidem proprie dictam, quæ tamen cum malâ vitâ conjuncta sit, item dum animas pie defunctorum in purgatorio adhuc cruciari venditant, idque contrâ Apoc. xiv. 13. ubi beati prædicantur, qui moriuntur in Domino. Ulterius ad multas circa fidem natas quæstiones decidendas recte etiam horum librorum judicium adhibetur & urgetur. Atque ita innumera adhuc alia officia canonica, (inter quæ non minima sunt, ut ex libris hisce possint defumi consolationes, adhortationes, comminationes divinæ adversus impenitentes, cæteraque omnia in quibus reliquorum canonicorum usus est eodem valore quo ex libris Protocanonicis) relinquuntur libris deuterocanonicis, ut proinde Axiomate illo in Programmate proposito omnem canonicam auctoritatem libris deuterocanonicis adimi

adimi falsissimum sit. Nec est, quod porro insurgat D. Animadvertens: Aut Apocalypsis in se virtutem libri canonici habet, aut non habet; Si non; nullo modo Canonici vel secundi vel primi generis dici meretur: Si habet, inter Canonem absolute ut referatur necesse est. Quamvis enim concedatur librum Apocalypticum in se spectatum ejusdem esse veritatis & divinæ autoritatis; nihil tamen impedit, quo minus in disputatione ad hominem aliquid observationis & cautionis locum hic habeat, velut in superioribus fuit declaratum. Ulterius urgere nos ita conatur: *Sicut igitur facta distinctio est, quando inter Principium fidei primarium & secundarium distingvere nonnulli solent: ita quoque facta & vana distinctio est, si discrimen fiat inter Canonicos libros primi ordinis & secundi, qui non nisi cum conditione in Disputationibus ad hominem accipiendi sint, quatenus cum libris canonicis primi ordinis concordent & conspirent, cum de naturâ canonis sit, ut absolute & plenarie cum canone, id est cum æternâ fidei regulâ conveniat: si vero etiam in minimis, liber aliquis non conveniat canonicus esse desinat.* (At non dictum est, posse libros Deuterocanonicos in genuino suo sensu contradicere libris Protocanonicis: Sed hoc saltem volumus, posse tamen illos, sicut alia quoque scripturæ loca, ita explicari, ut inde sensus emergat, qui libris Canonicis repugnat, ut faciunt Chiliastæ in cap. xx.) *Omnis ergo exspirat hic conditio, si aliquis liber canonicus sit & denominationem talem mereatur.* (Quomodo vero adhuc conditio aliqua in libris deuterocanonicis, non obstante eo, quod in se divinæ sint autoritatis, in disputatione ad hominem locum habere possit, satis jam fuit declaratum. Imo illam conclusionem plane falsam esse vel inde apparet, quod v. g. dictum Salvatoris, ubi injungit nobis odium

um aduersus Patrem, Matrem &c. Luc. XIV. 22. vere fit Canonicum: nihilominus ex accidente cum conditione admittendum sit, ut explicetur juxta analogiam cæterorum Scripturæ S. dictorum, quoniam sensus ejus alias non recte inuenietur. Idem dicendum de dicto Matth. XVIII. 8. ubi membra nos scandalizantia amputare jubemur. *Si autem, pergat, cum conditione hoc vel illud scriptum admittitur, scriptum tale esse conuincitur, quod humanam aliquam habet auctoritatem, quale Corpus Julium vel Formula Concordiæ est, quoniam Propositiones semper cum conditione sunt accipiende, quatenus cum Sacra Scripturâ & libris Canonicis concordant.* At longe dispar hic ratio est, ut enim cæteras hic differentias præteream, sufficit, quod corpori Julio talis limitatio per se competat, Apocalypsi vero ex Accidenti. Imo omnia illa quæ initio hujus numeri libris Deuterocanonicis adhuc competere ostendimus, corpori Julio in se spectato nondum competunt. In §. 17. porro plurima ex Apocalypsi adducit, quæ confirmari haud queant ex libris protocanonicis; Sed talia in Apocalypsi extare ad oculum cuiuis patet, nec sensus eorum ad aliquod essentiale dogma fidei spectat de quibus solis sermo Programmati fuit. Concludit tandem ita: *Vide autem, Professor Theologe, quo tuæ te distinctiones duxerint, & in quas paludes reieci & non intellecti à te M. anni te præcipitem dederint, ut sanctissimam hanc Domino nostro Jesu Christo à Patre reuelatam Apocalypsin rejicere, & ex libris Scripturæ canonicis primi ordinis extirpare uolueris, apertâ hac additâ confessione, res illas in c. XX. Apocalypseo contentas, secundam litteram intellectas, libris canonicis primi ordinis repugnare & contradicere.* Atq; hoc ipsum jam erit tertium illud

illud de quo in hoc negotio controvertitur, quodq;
sequenti numero jam porro erit enodandum.

CXV. Recensita est hæc assertio Programmatis loco alterius (βδελύγμα) ☉ à D. Animadvertente quod propositum fit in pudorem universæ Evangelicæ Religionis. At vero hac ratione omnes Evangelici, qui non sunt Chiliastæ, misere suam Religionem jamdudum prostituissent, cum resurrectionem particularem, quæ ex verbis Apoc. XX. 5. secundum literam intellectis deducitur, Scripturæ S. adversari existimaverint. Et quidem si illud assertum tale jam esset εδελύγμα, nonne eodem modo horrendum βδελύγμα futura esset hæc assertio: Præceptum illud Christi, quo jubet, ut oculum vel manum vel pedem nos scandalizantem amputemus *si secundum literam intelligatur*, legi morali Dei repugnat, quæ omnem corporis tam nostri quam alieni læsionem prohibet? Et quid tandem responsurus est D. Animadvertens huic Argumento: Quicumque sensus Scripturæ S. asserit particularem aliquam resurrectionem mortuorum, is repugnat libris Scripturæ S. canonicis primi ordinis. At sensus loci in Apoc. xx. 5. secundum literam & sine tropo intellecti asserit particularem aliquam mortuorum resurrectionem. Ergo sensus ille repugnat libris canonicis primi ordinis. Major pendet à priori parte hujus Dissertationis, ubi ex libris Protocanonicis ostensum est, non dari ordinariam quandam mortuorum vel piorum resurrectionem, præter universalem illam quæ in fine mundi est futura. Minor est ipsa Chiliastarum confessio, unde firmo adhuc talo stat Conclusio, ὅπερ εἰ-
δει δεῖξαι. Probatum itaq; est quod tantopere & toties flagitavit D. Animadvertens ut probaretur. Qua de re ita locutus fuerat §. 10. *Demonstrandum itaque mi-*

est, secundum literam ea in Capite vigesimo prolata esse intelligenda, & sic demonstrandum tibi est, illa cum reliquis libris canonicis pugnare. Si hoc demonstraveris, quod nunquam à te fieri posse certus sum, eo ipso secundum tuam assertionem qui repugnantiam & contradictionem inter Apocalypsin & libros Propheticos esse asseveras (Nusquam hoc vel unico jota fuit assertum, sed inter sensum literæ ex Apoc. xx. 5. qui tamen non est genuinus sensus, & inter libros protocanonicos aliquam esse discrepantiam dictum fuit, id quod etiam satis jam est demonstratum.) simul fateri & statuere cogeris Apocalypsin nequidem inter canonicos secundi ordinis esse referendam, sed esse librum spurium, falsissimum, utpote libris Prophetis V. & N. T. apertissime contradicentem. Fateor hæc omnia tum fore concedenda, si quidem D. Animadvertens id quod promittit juste & evidentè probaverit. Quid autem hac in re præstiterit, numeris sequentibus erit audiendum.

CXVI. Præsupponit hic, nonnulla in Apocalypsi intelligenda esse secundum literam, nonnulla vero figurate. Prioris generis esse v. g. cum dicitur, quod Christus nos laverit sanguine suo, quod beati sint mortui qui in Domino moriuntur &c. Sit ita, quid tum? At subjungit tale axioma: Quæ sub visione proposita sunt, ea esse figurate intelligenda, at quæ sine visione proponuntur, secundum literam, atq; ex hoc principio totum caput undecimum vult esse explicandum secundum literam. Verum hoc Axioma nemo bonus Apocalypseos interpretis in omnibus ipsi concesserit, cum styli Prophetici in multis sit, ut etiam extra visionem futura sub figuratis locutionibus proponantur. Exempla possunt dari innumera, interim hoc loco sufficiat t. lectorem benevolum remittere ad Caput xix. Eze-

Ezechielis, ubi quicquid de leænis & leonibus prædicatur, ad Principes Israelis venit applicandum, imo ipse D. Animadvertens, dum v. g. septem Ecclesias Apoc. II. III. explicat de VII. temporibus N. T. in *Sendschr.* §. 24. p. 49. edit. 8tav. manifeste principium hoc transgreditur, cum Johannes illas VII. Ecclesias in visione non viderit, unde apparet, quo in precio illud sit hadum. Imo, pergit, in ipsis visionibus nonnulla occurrere verba possunt, quæ non figurate sed secundum literam sunt intelligenda; concedo multoties id fieri, interim non semper illa verba quæ aliquis in visione apprensus ore suo profert, absq̃ omni figurâ veniunt intelligenda, ut patere potest vel ex solo Apoc. IX. 13, 14. Denique vult eodem modo rem se habere in capite xx. At quæ Consequentia? Nonne potius totum hoc caput visio quædam est, ubi nihil non sub visione propositum est præter vers. 6. 7. 8.? Deinde nec in antecedentibus sufficienter probatum est, etiam hos eodem modo secundum literam esse intelligendos, cujus rei simile exemplum habemus in cap. ix. v. 6. Interim admittitur, ut secundum literam intelligantur hi termini (1) *Judicium*, (2) *animæ* & πεπελεκισμένων, ut non ipsi πεπελεκισμένοι cum suis corporibus intelligantur. Interim bestiam ejusque imaginem, utriusque adorationem, ut & charagma bestię nec ipsi Chiliastę secundum literam audebunt explicare. (3) *M. anni* & (4) *integer versiculus 6.* excepto saltem termino resurrectionis primæ (5) *integer etiam versiculus 7. & 8.* si modo excipiantur termini Gog & Magog. Controversia ergo tantum erit præcipue in terminis Resurrectionis primæ, Mortuorum & Reviviscere. Hosce terminos figurate accipiendos esse ut probetur, postulat D. Animadvertens eo ipso inciso quo in se suscepit

ceperat demonstrare quod secundum literam sint explicandi. Hoc suum promissum jam servet, nobis sufficit, quod possimus demonstrare sensum ex his terminis proprie intellectis emergentem contrarium esse libris Protocanonicis, unde manifestum est, quod ille locum hic non possit habere. Sed subjungit: *Ex visceribus enim textus omnia commata & omnes propositiones de sensu literalis testantur.* Accurate loquendo potius iste sensus vocari deberet literalis, qui à Scriptore fuit intentus, sive componatur ex verbis proprie sive improprie intellectis; sensus autem ille qui emergit ex verbis secundum literam acceptis, si non sit ab Autore intentus, appellari solet sensus literæ. At videndum jam erit, quænam illa sint, quæ pro sensu literæ amplectendo militent? *Sunt, inquit, hic νεκροὶ πεπελεκισμένοι C. XX. 4.* (nullos video νεκροὺς in v. 4. sed saltem ψυχὰς ἢ πεπελεκισμένον) *qui resurgunt. Sunt porro λοιποὶ τῶν νεκρῶν v. 15. qui nondum illo tempore resurgunt.* Respondeo vim hic manifestè Textui inferri, dum non dicitur de animabus, quod resurrexerint, sed quod vixerint, suo scilicet modo, in majori gaudio propter punitos persecutores suos, ubi tamen non sequitur, quod nec ante nec post M. annos vixerint, sed saltem nude indicatur quid per illos M. annos quibus vincus fuit Draco, inter ipsas actum fuerit. Si autem resurrectionem, de qua hic sermo est, præfracte velit urgere D. Animadvertens, ut illa quoque competat animabus, manifesto inde sequetur, quod nulla hic intelligi possit resurrectio carnis, quoniam quod mori nequit, neque etiam potest resurgere. Neque etiam admitti potest Synecdochica locutio, ut pars sit sumpta pro toto: Ipse enim Genitivus totius additus, manifesto indicat, diversum quid ab ipso toto intendi, sicut,

sicut, cum dico tecta cremata esse, possum intelligere totas domos, non autem, cum addo tecta domuum tum enim in solis tectis conceptus subsistit. Eodem modo se hic res habet, dum parti additur ipse Genitivus totius, nempe, *ψυχὰι πεπελεκισμένων*. Deinde nec de aliquo Subjecto per Synecdochen licet enunciare prædicatum, cujus illud haud est capax. Ita sicut dicere non licet: Anima ambulat pro Homo ambulat, ita nec admitti potest locutio: Animæ Martyrum resurrexerunt, pro Martyres resurrexerunt. Excipit vero D. Animadvertens, sensum Johannis esse, quod viderit animas, quæ, redeuntibus ad illas corporibus vixerint: At nihil dicitur de redeuntibus corporibus, unde hujusmodi quid temere haud est addendum, ne nos petat maledictio illa c. xxii. 18, 19. Deinde constat animas non magis vivere, cum sunt in corporibus, quam cum sunt extrâ illa, unde nullo modo verbum vivendi, dum animabus tribuitur, corporum ad illas reductionem infert. Nec deniq; urgeri potest pro resurrectione animabus tribuendâ illud, quod v. 5. dicitur, cæteros non resurrexisse; Illi enim non opponuntur his martyribus, sed alteris illis qui non adorabant bestiam, in quibus utiq; τὸ ἐζῆσαι ita impletum est, ut simul connotaret resurrectionem à peccatis, unde notanter verba illa: Hæc est resurrectio prima non adduntur versiculo quarto sed quinto, quoniam ad utrumq; versiculi quarti membrum illa non æque potuit referri; (licet suo modo sancti quoque in cælo partem habeant in resurrectione primâ, imprimis ratione fructus) sed præcipue obtinet in iis quæ dicuntur v. 5. unde vi oppositionis etiam ad aliquod membrum versiculi quarti est referenda; non vero stricte ad totum illum versiculum, cum non opus

fit ut τὸ vivere statuatur eodem modo impletum esse in martyribus & illis qui non adorarunt bestiam. Et si enim illud vivere in utrisq; in multis conveniat, nihil tamen impedit illud, quo minus in his plusculum importare possit quam illis. Brevibus, τὸ vivere est hic generale, quod fit duobus modis, resurrectione à peccatis, & lætâ acquiescentiâ sive per gaudia ac triumphos de punitis hostibus. Eodem modo licebit dicere. Nestor & pauci inter Græcos heroes Trojanis exitium fere soli attulerunt: Cæteri enim milites fortitudinis parum hic ostenderunt. Nemo utique inde inferet, quod Nestor etiam egregiâ fortitudine in hoc actu fuerit usus; sed subintelligitur illum hoc ipsum quod cæteri præstiterunt fortitudine, suâ præstitisse prudentiâ. Quæ locutio, sicut non est incongrua, ita nec incongrua erit locutio Apocalyptica si eo modo ut ante factum est, explicetur. Atque ita eadem ratione sicut ex eo quod hic dicitur: *Cæteri milites*, non sequitur, quod etiam Nestor fuerit miles, ita neque ex verbis οἱ ἡ λοιπὸν τῶν νεκρῶν statim inferri poterit quod animæ τῶν πεπελεκισμένων fuerint mortuæ in peccatis. Quod ad iudicium illud attinet, potest illud intelligi, vel de activo, dum tempore Constantini M. instituta est hierarchia, vel passive, quod sanctis iudicium datum sit hoc ipso dum Deus ipsorum hostes & persecutores iudicavit.

CXVII. Sufficiant ista ad primum D. Animadvertentis Argumentum, quæ paulo prolixius ad majorem capitis propositi declarationem fuerunt exposita. Accedendum ergo erit ad reliqua: *Primi mortui*, inquit §. 10. *resurgunt M. annos ante, quam reliqui, qui demum absoluto hoc millenario suscitantur: at qui post millenarium surgunt, fuerunt corporaliter mor-*
tui

tui v. 12. 13. Ergo qui ante M. annos resurrexerunt
 corporaliter mortui fuerunt. Assumptio conceditur.
 Connexio autem & consequentia nulla erit, nisi Ma-
 jor ita formetur: Qualis est resurrectio illorum qui
 surgunt post millenarium, talis etiam est hæc resur-
 rectio ante millenarium, id quod negatur, nec ullâ
 ratione è Textu poterit deduci. Instat autem in v.
 5. dici, quod statim post M. annos cæteri mortui sint
 resurrecturi, quæ resurrectio non possit esse alia quam
 resurrectio descripta v. 11. 12. seqq. utpote quæ post
 hosce M. annos facta fuit. Respondeo, in versicu-
 lo 5. habemus hæc verba: Cæteri mortui non resur-
 rexerunt, donec consummarentur M. anni: Hæc est
 resurrectio prima: Hic (α) notandum, quod vix ser-
 mo hic sit de resurrectione quæ facta sit post M. an-
 nos, sed sensus potius sit talis: Currente hoc M. an-
 norum spatio semper tamen aliqui dabantur, & qui-
 dem haud pauci, qui non ita resurgebant, ut illi de
 quibus dictum fuit, v. 4. scilicet qui ad Antichristum
 pertinebant eiq; adhærebant. Neque enim particu-
 la Donec urgeri hic potest, cum non semper inferat
 cessationem rei post constitutum terminum temporis
 sed potissimum notet continuam rei durationem, us-
 que ad certum temporis terminum, sive illa adhuc
 ultrâ extendatur, sive minus: Alias enim etiam ex
 Matth. I. ult. vi hujus Particulæ inferre liceret Mari-
 am à Josepho post natum Christum adhuc fuisse agni-
 tam, quod tamen haud factum est. (β) Verum sit
 ita, ut Johannes tribuat cæteris in peccatis mortuis
 resurrectionem spiritualem, ea utiq; facta fuit post
 M. annos, cum scilicet per Waldenses, Hussitas & B.
 Lutherum innumeri ab adoratione Antichristi abdu-
 cerentur, ut adeo opus non sit, hanc resurrectionem
 di-

dicere eandem esse cum illâ in v. 11. seqq. licet utraq; post M. annos collocanda veniat: Ex hac enim convenientiâ nihil plus sequitur, quam cum in secundâ figura ex puris affirmantibus argumentamur. Quippe manifestum est ex connexionem, quod illa ipsa resurrectio quam cæteri mortui ante millennium exactum non consecuti sunt, sit prima, unde rectissime deducimus resurrectionem quam nonnulli tamen illorum post M. annos assecuti dicuntur, esse eandem primam resurrectionem.

CXVIII. Succedit Argumentum tertium: Qui corporaliter mortui sunt, non possunt nisi corporaliter resurgere: Tales autem sunt decollati propter Christum. E. Respondeo (α) Sermo Johanni non est de ipsis decollatis, sed de illorum animabus. (β) Non dicitur de illis quod resurrexerint, sed quod vixerint (γ) Quomodo autem 7^o vivere in illis potuerit impleri supra jam indicatum est, scilicet, non quod corpora ad ipsas redire debuerint, sed ita, velut de Patriarchâ dicitur Gen. XLV. 27. quod cognitâ filii sui Josephi felice vitâ spiritus ipsius redivivus factus fuerit, per singulare scilicet, gaudium & triumphum ob justam Dei pœnam ab hostibus sumptam. Apparet ergo, nullum ex hisce nequi posse argumentum pro corporali illarum resurrectione. Atque ex his simul iudicium fieri poterit de illis quæ in §. II. subjicit D. Animadvertens: *Spiritualem autem resurrectionem per phrasin hanc Apocalypticam, nimirum partem habere in resurrectione primâ, ut putat Dominus Professor, indigitatam, non posse hic habere locum exinde evidentissime patet. Nam quero ex Te, quoniam sint illi qui in hac primâ resurrectione resurgant? Textus ait esse martyres & confessores Christi (at satis patet ex antecedentibus, quod sufficiat illos resurrexisse*

se, qui non adorant bestiam &c. ita ex simili illâ locutione suprâ propositâ si quis interrogaret: Quinam fuerunt qui fortiter pugnarunt ad Trojam? non statim eodem modo respondendum esset: Nestor & pauci heroes) *Quenam causa mortis illorum adjudicatur? Textus rotunde respondet, causam illam fuisse testimonium Jesu & verbum, quod coram mundo meretricio confesse fuerint* (Hucusque admitti potest illa responsio, si scilicet intelligatur de morte decollationis, non vero de illa, quæ opponitur resurrectioni primæ, nec enim eam curiosius examinabimus) & quod *neq; bestiam neque imaginem bestie adorare voluerint* (hæc textui vim iterum inferunt, non enim dicitur, quod illi fuerint occisi qui non adorabant bestiam, sed hi saltem adjunguntur illis qui propter testimonium Christi erant occisi, cum ergo textus illos fuisse occisos nusquam dicat, frustra est ut quæratur de causâ mortis, nisi intelligatur à D. Animadvertente mors primæ resurrectioni opposita: Verum hoc modo fallit prior responsio, cum enim animabus decollatorum ne quidem tribuatur primæ resurrectionis, frustra erit apud illos quærere de causâ mortis oppositæ resurrectioni primæ. *At quomodo hoc ad spiritualem resurrectionem applicabitur?* (notandum hic, quod textus ne verbulo quidem primam resurrectionem opponat morti decollatorum propter Christum. Imò τὸ πεπελεκισμένων nullam fere habet Emphasin in textu, nisi ut saltem determinet quorum illæ fuerint animæ quas vidit Johannes, adeoque non vult hæc vox, ut ipse actus hujus πελεκισμαῦ speciatim attendendus sit ad intelligendam resurrectionem primam) *Illi enim qui spiritualiter è peccatis resurgunt, antea non fuere martyres & confessores Jesu* (At neque horum animabus de quibus sermo hic est, speciatim attribui-

T

tur

tur resurrectio a peccatis, ut ante fuit ostensum) *sed tales qui animam per peccata regnantia perdiderant, Satanæ & mundo servierant, & qui bestiam & imaginem bestie adoraverant* (falsum hoc, nam & pii quotidie surgunt à peccatis, per ulteriores scilicet gradus) Nam quando iterum quero, *quenam causa fuerit, quare illi qui spiritualiter tandem resurgunt antea fuerint in morte? clarissimum est, causam non fuisse vel confessionem nominis Jesu vel rejectionem bestie, sed quia diaboli & bestie adoratores fuere. Ex quibus manifestum est, spirituales resurrectionem e peccatis locum hic habere non posse, nam quicumque hic resurgunt, non ideo resurgunt quia antea in regnante aliquo peccato, in quo mortui erant hæserent, ex quo ipsis fuerat resurgendum, sed in quibus gratia Domini nostri Jesu Christi regnavit, & qui abrenunciantes peccatis & seculo huic malo, testimonium Jesu perhibuere, propter quod morte corporali puniti sunt ex quâ morte ad primam hanc resurrectionem vivificati resurgunt & c.*

CXIX. Sit ergo ex hisce collectum quartum Argumentum hujusmodi: *Quicumque spiritualiter resurgunt, horum causa, quod ante fuerint in morte, fuit vita in peccatis regnantibus. Qui apud Johannem resurgunt, horum causa mortis non fuit vita in peccatis regnantibus, sed potius confessio Christi & non-adoratio bestie: Ergo qui apud Johannem resurgunt, non resurgunt spiritualiter. Negatur utraque præmissarum: Quippe, quod ad Majorem attinet, absit ut omnes qui spiritualiter surgunt, semper ante actum resurrectionis vixerint in peccatis regnantibus: quippe etiam pientissimi homines quotidie spiritualiter debent resurgere, quoad ulteriorem gradum, unde horum resurrectioni non opponi potest mors in peccatis, sed minor gradus resurrectio-*

rectionis spiritualis. Minor quidem vera est de illis qui dicuntur *πεπελεκισμένοι*; at illis apud Johannem non tribuitur prima resurrectio; sed saltem de ipsorum *ψυχῆς* dicitur, quod vixerint. Deinde mors hic æquivoce sumitur, cum enim apud Johannem causa mortis horum allegatur testimonium Jesu, non intelligitur, mors opposita primæ resurrectioni, de quâ loquitur Major: sed ipsa mors decollationis, quæ cum illâ morte nihil commune habet. Quod verò attinet illos qui non adorabant bestiam, horum causa mortis nec fuit illa adorationis recusatio, siquidem hoc in textu nusquam dicitur, nec etiam ut alia detur, opus est, cum prima resurrectio non semper præsupponat mortem in peccatis; sed sæpe etiam minorem tantum gradum in vitâ spirituali. Hi autem sunt præcise illi, quibus attribuitur resurrectio prima, non vero Martyres, etiamsi illud totis viribus urgeat D. Animadvertens, quod tamen antequam urgeretur ex textu sufficienti ratione fuisset deducendum: Contrarium autem satis jam declaratum & ostensum est. Id enim rem plane nondum evincet, quod Apoc. II. 8. *ἐξήσεν* significet, resurrexit, inde enim plus non sequitur, quam quod forte eodem modo verbum hoc possit in Apoc. xx. intelligi. Illud forte autem solvitur per non forte, quamdiu nondum graviore talis explicationis rationes sunt adductæ. Manet ergo quod illi tantum resurrexerint à peccatis, qui non adorabant bestiam, quippe illi eo ipso quod Antichristo invalescenti subicere se noluerunt, Christo eo firmiter adhæserunt, atque ita quotidie ulterius a peccatis resurrexerunt: Ne autem quem moveat, quod cum aliis Viris Celeberrimis illud *ἀπερσεκύνησαν* per adorabant vertam, notandum est, quod utique Græcus ille Aoristus significationem Imperfecti juxta omnes

Grammaticos admittat. quemadmodum eadem etiam hoc ipso loco occurrit in Aoristis ἐζησαν & ἐβασίλευσαν.

CXX. Atque ita palmarium illud Chiliastarum propugnaculum feliciter Deo adjuvante superatum est. Quæ enim adhuc restant leviuscula sunt, & facili negotio dilui possunt. Vix enim credo multum aliquem posse movere, quæ deinceps subjungit D. Animadvertens, scilicet: *Ubinam spiritualiter resurgentes cum Christo M. annos vixerunt aut regnarunt? cum nemo fidelium M. annos unquam vixerit?* Argumentum erit: Quicumq; in M. annis Apocalypticis regnant, vivunt per M. annos: Nemo autem huc usque per M. annos vixit: Ergo Nemo in M. annis Apocalypticis huc usque regnavit. Respondeo negando Majorem, potuerunt enim regnare in posteris: Imo sensus potius talis est: In illis M. annis de quibus Apostolo sermo est, illi qui bestiam non adorabant, cum Christo vivebant & regnabant; non autem id intenditur, ut singuli per totum illud millennium regnaverint. Excipitur, *propositionem Johanniticam: Beatus ille & sanctus, esse propositionem universalem, omni credenti applicandam, unde non M. sed quinque M. annos spiritualiter illi resurgentes jam tum in posteris semper regnarint, cum nemo spiritualiter resurgens, ubi fuerit, & in qua etiam temporis differentiâ fuerit, ab hac beatitudine & promissione universali excludi debeat.* Respondeo, Propositionem quidem istam universalem esse, at subjectum restringi debere ad illos, de quibus sermo est, scilicet, qui in eo millennio à peccatis resurrexerunt, eo ipso quod non adorabant bestiam, ut sensus sit: Illi igitur, qui eo tempore à peccatis resurgent, non submittendo se imperio Antichristi, erunt homines beati & sancti regnabuntq; & sacerdo-

cērdotes Christi erunt in illo sēpius jam memorato millennio. Quo ipso tamen ceteri resurrectionis primæ participes extra hoc M. annorum tempus, à beatitudine tali & sanctitate non excluduntur, nisi, quod eminentior felicitatis gradus hisce temporibus celebrati millennii viventibus competit. Apostolus quippe hic ante oculos illa saltem habet tempora, quibus vinc-tus est, ut ante memoravit, diabolus: De cæteris nihil vel affirmat vel negat. Etiam si ergo illa regna-tio successiva usque ad completos M. annos diaboli vincti non competat iis, qui ante vel post hoc tempus spiritualiter resurgunt; competunt tamen illis utique cætera prædicata, quod nempe sint beati & sancti, nec mors secunda potestatem habeat in illos, utut ista ex intentione Apostoli potissimum dicta videantur de illis, qui tempore mille annorum resurgebant. Aut potest etiam Apostolus occasione sermonis de resurrectione prima digressus esse ad locum communem, & inculcasse beatitudinem & sanctitatem hujus resurrectionis, deinceps ad illos iterum revertens de quibus sermo fuerat in præcedentibus. Notetur hic unicum saltem Exemplum simile, ubi eodem modo propositionis universalis subjectum restringendum venit ex Antecedentibus, nempe Rom. VIII. 30. Quos vocavit, eos etiam iustificavit: Non enim utique omnes illos Deus iustificat quos vocat; sed restrictio petenda est ex præcedentibus, ubi dicitur: Quos Deus prævidit, eos quoque prædestinavit: Quos prædestinavit, eos & vocavit &c. ubi subjectum nullibi ulterius est expandendum, quam quatenus concernit eos, qui à Deo sunt prævisi.

CXXI. Hæc de quinto Argumento. Claudat jam agmen illud, quod objicitur sexto loco: Si resur-

rectio prima esset resurrectio à peccatis, non possent illi qui à peccatis resurrexerunt, gratia Dei excidere. At falsum est Consequens. E. Majoris connexio probatur, quoniam qui participes fiunt primæ resurrectionis, prædicantur beati & sancti, ita ut mors secunda in eos nullam habeat potestatem. Respondeo: Annon etiam Christus dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvabitur, Marc. xvi. Quis autem hinc inferet, nullâ ratione fieri posse ut illi, qui v. g. hoc tempore credunt, tamen non salventur, adeoque gratiâ Dei nunquam possint excidere? Intelligenda igitur in utroque dicto erit talis resurrectio prima, talisque fides, quæ non solum incipitur, sed & per totam vitam continuatur, unde qui resurgunt quidem à peccatis, sed deinde in ea rursus prolabantur, proprie non dici possunt, quod habeant partem in resurrectione primâ, postquam ab illâ destiterunt. Atque ita satisfactum est illis quæ opposuit nobis Animadversio, pro vindicando literæ sensû in Apoc. xx. Quem si porro urgere non desistet D. Animadvertens, expendat, quam aperte, ut supra demonstratum est, ille contradicat cæteris Scripturæ S. libris, unde ipsi necessario concedendum erit, quod nobis obtrudere voluit, nempe Apocalypsin non tantum non esse librum protocanonicum, sed plane falsum & spurium, cum tamen pro vindicandâ illius autoritate in Animadversioe tantopere, licet nullo ex nostris eam in dubium vocante, defudaverit. Interim cum mihi opusculo huc usque perfecto in manus venerit novum quoddam scriptum, quod D. Animadvertens contra decadem Epistolarum à Viro Summe Reverendo atque Amplissimo, Domino Sandhagio Ducatus Holfatiæ Superintendente Generali, cui inter Exegetarum

rum Principes locum merito præcipuum nostrum assignat seculum, editam, concinnavit, quo in libello quædam etiam reperire liceat, quæ scrupulum adhuc circa illa quæ superius fuerunt exposita, movere possint, operæ pretium fore duxi, si etiam ex illo, faltem alias haud libenter in alienam messem immissurus, quædam huc spectantia delibarem, cujus interim libelli confutationem doctiori calamo, utut omnia fere ad veritatem adeofirmatam impugnandam, exiguum habeant momentum, relinquo.

CXXII. Speraveram quidem, cum in memorato opusculo (cui titulum fecit: *Der veste Grund des in der siebenden Bosaunen annoch zukünfftigen Reiches Christi*) etiam in se suscepisset, explicare quædam ex locis, quæ supra adversus chiliasmum urfi, & in primis Joh. V. 26. seqq. & Joh. VI. 37. seqq., me aliquid in illis reperturum, quod ad superiora possit regeri, verum nec ipse D. Animadvertens aliud inde potest deducere, quam quod in superioribus fuit deductum, scilicet omnes fideles uno actu simul esse suscitandos. Ep. III. §. 8. p. 24. & Ep. VIII. §. 9. p. 75. At nihilominus ex Joh. V. 28. non potest aliud deducere, nisi in extremâ resurrect. quosdã etiam ad vitam esse resurrecturos ut passim ibi docet. Sufficit legere Ep. IX. §. 6. p. 87. Quibus notatis: ut &, quod doceat, nullos fideles tempore M. annorum esse morituros, quæro, qui nam illi sint, qui resurgent ad vitam in supremo iudicio? Fideles esse non possunt, quoniam adventus Christi nullos in sepulchris fideles relinquit, nec post eum fideles aliqui fuerunt demortui: Non -- fideles autem multo minus esse possunt, quoniam illi non possunt non damnari, ut ne ullus quidem Christianus audebit negare. Relinquitur ergo, ut extrema hæc resur

surrectio eadem maneat cum piorum resurrectione apud Joh. VI. 39. 40. Forfan prius ita limitabit D. A. nimadvertens, ut dicat se tales intelligere fideles, in quibus vivat Christus, at (1) Verba Christi Joh. VI. 40. ita universalia sunt, ut nullam patiantur restrictionem sed omnes omnino fideles simpliciter comprehendant. (2) Eodem modo quis posset restringere verba Christi: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvabitur, ut tamen omnibus fidelibus non competant, quod tamen impium esset (3) Ipse D. Animadvertens verba ponit, quæ non nisi simpliciter de omnibus accipi possunt fidelibus, nempe, also daß alle / so viele bisz auff die Zeit der Auferstehung der Gerechten jemahls Gläubige gewesen / keinen einzigen Gläubigen ausgeschlossen / auferstehen werden Epist. III. §. VIII. p. 24. (4) Nulli dantur fideles, in quibus Christus non vivat, aut qui ipsius apparationem non ament, siquidem fides est illud ipsum per quod Christus in nobis vivit. Vivit ergo in omnibus qui illam habent. Urget autem Epist IV. §. V. ex Joh. V. 25. hæc verba: Venit hora, & jam adest, in quâ audient mortui vocem Filii Dei, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. Ait prædici hic particularem resurrectionem, cum de universali demum v. 28. loquatur Christus, fore autem ταυτολογία si utrumq; dictum eadem de re loqui concedatur. Respondeo, eodem modo fore ταυτολογία apud Marcum c. X. v. 23. seqq. Jesus dixit ad discipulos: Quam ægre & difficulter intrabunt divites regnum Dei. Obstupescebant autem Discipuli propter ipsius sermonem, at Jesus respondit denuo: Filii. Quam difficile est, ut illi qui fiduciam collocant in divitiis, regnum Dei intrent &c. At ταυτολογία statim non est, cum ulterius aliquod effatum deinceps diducitur & repetendo confirmatur.

firmatur, in primis cum hunc sermonem Jesus videret, tanquam paradoxon accipi â Judæis, unde minime fuit ineptum, quod hanc ob causam idem repetendo confirmaverit præmissis verbis: Ne miremini illud. Miror autem potius hunc locum â D. Animadvertente urgeri contra nos, cum ipse l. c. eum exponat de iis qui resurrexerunt in morte Christi verbis: **Es kommt die Stunde und ist schon iht / nemlich die Stunde / da er nicht allein hie einen Lazarum / dort einen Jüngling zu Nain / und anderswo des Jairi Tochterlein / sondern auch in einer grösseren Menge viele Leiber der Heiligen aufserwecken / und lebendig machen wolte.** Si ita se res habet, quid amplius de loci propositi futura simplertione solliciti sumus? Quæ enim de suo addit, aber es solte noch eine Stunde kommen die nicht so nahe wäre / das zur Zeit der ersten Aufserstehung &c. illa ex textu ita intellecto nunquam deducere poterit, verba enim: **Es kommt die Stunde / und ist schon iht / non diversas sed eandem horam determinare debent, ut eadem sit hora quæ veniet, & quæ jam est, h. e. præsto sive in foribus est, ut patet ex loco parallelo Joh. iv. 23. Nec est quod multum urgeat verba *οἱ ἀκούοντες ἑσονται*, nam τὸ εἶναι non minus de vita corporis quam de vitæ æternæ adeptione in frequenti usu est: Nec nisi inanis est Consequentia, quod quidam vocem illam etiam non debeant audire, quod dicatur *οἱ ἀκούοντες*, cum sensus æque commodus maneat: Mortui audient vocem Christi, & qui eam audient, hoc est eo ipso quod eam audient, victuri sunt. Notum quippe est, Articulum Præpositivum haud raro etiam redundare, ut *οἱ ἀκούοντες* idem sit quod *ἀκούοντες*, audientes sive audiendo vo-**

U cem

cem Christi vivent. Imo etiam si Articulo huic sua significatio relinquatur, potest tamen præsupponi, omnes mortuos audituros esse vocem Christi, unde *οἱ ἀκούσαντες ζήσονται* vertetur: Et quicumq̄ eam tum audient sc. omnes mortui, vivent.

CXXIII. Sed properandum erit ad ea quæ circa Cap. xx. Apocalypseos adhuc in illâ Epistolarum antidecade moventur dubia, ut plenior totius negotii, expensis etiam istis, habeatur cognitio.

Argumentum primum ibi est tale:

Tempore M. annorum diabolus debet esse ligatus. At diabolus nunquam hucusq̄ fuit ligatus Ergo Tempus M. annorum Apoc. xx. nondum venit. Minor probatur, quoniam VII. Ecclesiæ in Apoc. c. i. II. III. designant VII. N. T. tempora, at in sigulis usque ad nostra tempora Ecclesiis Christus adhuc invenit quod desideraret. Respondeo: Est hæc petitio principii, probetur enim prius quod VII. Ecclesiæ sint VII. tempora. Deinde ad Majorem respondeo, non dici quod diabolus in M. annis ita debeat ligari, ut Deus nihil amplius, quod in Ecclesia desideret inveniat, sed tantum, ut Apostolus loquitur, ne amplius seducat gentes h. e. ut jam desinat per gentes Ecclesiam crudelissimis persecutionibus premere, & illa respiciens, etiam felicitate temporali efflorescat. Intellegitur ergo per vincitum Draconem quidem diabolus, sed eo usque saltem, quatenus ille persecutionibus gentilium Ecclesiam opprimere conatus est. Vanum proinde est quod vult D. Animadvertens: Diese Bindung wird so majestätisch und mit solchen grossen Umständen vorgestellt / daß man leicht sehen kan / es müsse nicht so eine arme kleine Bindung / sondern so kräftige seyn / daß er in den 1000. Jahren sich

sich nicht wird regen noch mucken dürfen (cum tamen
 expresse in textu addatur certa restrictio, scilicet ad
 furorem in persecutionibus haud amplius exercen-
 dum, quem furorem utiq; Deus tempore Constanti-
 ni M. plane compescuit) wie denn solche Stille bey
 Propheten Micha c. IV. 1. seqq. beschrieben ist. At
 ubi probavit D. Animadvertens locum hunc Michæ
 in M. annos Apocalypticos incidere? Sed audiatur
 Argumentum secundum: Quodcunq; tempus ve-
 nire debet post bestiam & Pseudopphetam extirpa-
 tum & in lacum sulphure ardentem projectum, id
 nondum venit. Tale autem tempus est. M. annorum
 Apoc. xx. Ergo. De Majore jam non dimico, sed pro-
 betur Minor: Ex Apoc. xix. probari nequit, osten-
 dendum enim prius foret, quod Cap. xx. ordine tem-
 poris succedat Capiti xix. Sumunt quippe & ipsi
 Chiliastæ sibi hoc jus, ut Apocalypsin in multis diver-
 so temporis ordine suam dicant exhibere historiam,
 v. g. dum Cap. XXI. & XXIII. ante extremum judici-
 um dicunt esse implendum, cui nec hypothese repu-
 gnabo; extremum vero judicium describi c. xx. II. seq.
 At dicitur c. xx. v. 10. quod eo fuerit projectus diabo-
 lus, ubi erant bestia & pseudoppheta; Ergo ante hanc
 projectionem diaboli debent bestia & pseudoprophe-
 ta esse projecti in hunc lacum. Sit ita, utrumq; enim
 adhuc implendum restat, & quod velex solo hoc. v.
 10. probabile fit, eodem tempore, cum Deus pœnam
 ab Ecclesiæ hostibus simul potius sumpturus sit, unde
 vanum est inter utriusq; pœnam interjici M. annos.
 Multo minus negotium conficient quæ addit D. Ani-
 madvertens: Denn weil in den 1000. Jahren noch kei-
 ne Execution weder des Thiers noch des falschen Pro-
 pheten noch der Babylonischen Huren vorgenommen
 U 2 wird

wird / so folget nothwendig / daß das Thier und der
falsche Prophet schon vor den 1000. Jahren muß in den
feurigen Ort lebendig hingeworffen seyn / wohin endlich
der Teuffel nach den 1000. Jahren auch kommt. Nam
(1) multa ex præcedentibus capitibus in his ipsis M.
annis implentur, unde falsum est, quæcunque in xx.
Capite non ponuntur in M. annorum recensione, ea
ante hoc tempus fuisse implenda. (2) conceditur in
ipsis M. annis non factam esse executionem bestię &
pseudoprophetę, imo hisce adhuc temporibus, præ-
terlapsis jamdiu M. annis, expectandam tamen esse
hanc ipsam executionem: Non enim quæ in v. 10. di-
cuntur, statim excipiunt finem M. annorum; sed gra-
vissima adhuc bella & calamitates manent interjectę
in v. 8. & 9. & quæ ex aliis capitibus huc pertinent.

Tertium Argumentum erit:

Quodcunque tempus sequitur congregationem o-
mnium martyrum, id nondum est impletum. Tale
est tempus M. annorum. Ergo. Minor probatur quo-
niam Apoc. vi. 10. inducuntur martyres, qui orant
Dominum ut pœnam sumat ab hostibus, quibus dici-
tur, ut expectent donec fratres ipsorum simul ad i-
psos, congregentur. Pœna vero hæc sumpta est ab
hostibus sub initium M. annorum, dum datum est
martyribus iudicium. Respondeo (1) Nondum suffi-
cienter probatum est martyres in Capite sexto eos-
dem esse cum martyribus in Capite xx.; sed ponatur
cum quibusdam ita esse dico (2) illos tantum confrä-
tres martyrum prædici congregandos, qui in eadem
persecutione quâ ipsi occuberant, mactari adhuc de-
bebant, & tum iudicium ab hostibus sumendum, un-
de non valet Consequentia, quod ideo M. annorum i-
nitium non possit poni ante omnium totius N. T. mar-
ty-

tyrum congregationem. Negatur ergo Miuf pro-
positi argumenti.

Argumentum Quartum:

Resurrectio à peccatis nusquam in Scripturis di-
citur resurrectio prima. Ergo. Resurrectio prima A-
pocalypseos non est resurrectio à peccatis. Respon-
deo negando Consequentiam, cum eodem modo in-
ferre liceat: Messias in V. T. nusquam appellatur Schi-
lo extra locum Gen. XLIX. Ergo nec in isthoc loco
per Schilo intelligendus est Messias.

Argumentum Quintum:

Quicunq̄ue in M. annis participes fiunt resurre-
ctionis primæ, in eos mors secunda non habet pote-
statem. At in omnes fideles mors secunda nullam
habet potestatem. Ergo. Omnes fideles participes fient
resurrectionis primæ in M. annis Apocalypticis, quod
tamen ab Antichiliasis negatur. Respondeo proban-
dum prius esse, quod Major propositio constet ter-
minis simpliciter convertibilibus, alias enim vitium
erit in formâ: illud autem nusquam video præstitum.

Argumentum Sextum:

Tempus M. annorum Apocalypseos succedere
debet tempus existentis bestię. Tempus autem à
Constantino vel Martiano incipiens non succedit tem-
pora bestię. Ergo. Major probatur, quia dicitur
quod sub initium M. annorum jam fuerint qui besti-
am non adoraverant. Non entis autem nulla sunt
Prædicata. Respondeo negando Majorem Ad pro-
bationem ejus supra jam responsum est, verbum *μεγα-*
λυθησάν vertendum esse non per plusquamperfectum
sed per Imperfectum, cujus significationem non mi-
nus quam illius admittit. Non itaq̄ valebit Argu-
mentum, antequam ostensum fuerit & demonstra-
tum.

tum, quod nulla alia quam Plusquamperfecti signifi-
 catio hic obtinere debeat. In Minore quidem etiam
 esset, quod desiderari queat; sed transeat illa hac vi-
 ce, dummodo hoc observent veritatis studiosi, quod
 Antichristianismi initium non demum in tempore
 Constantini M. quærendum sit, sed jam in fine seculi II.
 sub Victore Papa, unde quæ de hujus apparitione c. XIII.
 II. dicuntur, potius de ipsius invalescentiâ erunt intelli-
 genda. Quæ tamen omnia jam non urgeo, cum Ma-
 joris infirmitas vim totius argumenti maxime enervet.

Argumentum Septimum :

Tempore M. annorum Ecclesia purioresse debet
 quam ante. Hoc autem non fuit tempore Constantini
 M. quod proinde non est tempus M. annorum. Maj. pr.
 quia in M. annis viventes prædicantur beati & sancti
 &c. Respondeo negando Majorem, non enim dicitur
 de tota Ecclesiâ visibili, quod cætus ille sit beatus & san-
 ctus, sed de parte illâ Ecclesiæ quæ non adorando besti-
 am quotidie à peccatis resurgebat & Christo adhære-
 bat. Illis autem non opus fuit ut purior essent cætus
 quam Ecclesia sub III. primis Seculis, sed sufficit illa
 prærogativa, quod non fuerint subjecti Gentilium per-
 secutionis & majori felicitate externâ gavisi sint, cæ-
 tera enim verba : Beatus ille & sanctus, item in eos
 mors secunda non habet potestatem, universalis sunt &
 ad omnia secula se patiuntur extendi, ut ut forte præci-
 pue ex intentione Apostoli ad eos qui non adorabant
 bestiam per illos M. annos, utpote quos tum solos ante
 oculos habuit, pertineant.

Argumentum Octavum.

Quicumque præmium accipiant, quod bestiam
 non adorarint, vivunt post tempora bestia. Qui in M.
 annos vivunt, tale præmium accipiunt, Ergo hi vi-
 vunt

vunt post tempora bestiae, adeoq̄ Constantini M. tempus, quod non fuit post tempora bestiae, non erit tempus M. annorum. Respondeo negando Minorem: Textus enim non dicit quod non adorantes bestiam primum consecuti sint, sed quod floruerint, & a peccatis resurrexerint, id quod potius factum fuit eo ipso, quod non adorabant bestiam. Interim, si Regnum Chiliaisticum debet esse primum vitae ante actae, qua ratione factum est, ut antiquis Patriarchis, e. g. Mosi, qui nostratibus Chiliaisticis multo sanctior fuit, tanto intervallo serius reddendum sit, quam nostratibus, qui partim vivi illud se sperant intraturos? De vita aeterna quidem alia res est, cum illa primum proprie dicti rationem non obtineat.

Argumentum Nonum:

Quaecunq̄ resurrectio non fit nisi ante M. annos Apocalypticos, ea non est resurrectio spiritualis. Talis autem est resurrectio in Apoc. xx. Ergo. Minor probatur quoniam M. anni & prima resurrectio indivulso nexu conjunguntur Respondeo, probationem Minoris non sufficere: Etsi enim temporibus M. annorum tribuitur resurrectio prima; non tamen negatur caeteris. Inprimis autem temporibus M. annorum maxime celebrem fore dicit Apostolus primam resurrectionem, quoniam in illis Ecclesia immensum fuit dilata ta, atq̄ inter illustrem hunc coetum innumeri statim initio fuerunt reperti, qui cum operibus Antichristi nihil commune habuerunt.

Argumentum Decimum.

Quicunq̄ in M. annis regnum cum Christo habent, adipiscuntur id per resurrectionem primam: Martyres sunt tales Ergo & illis competere debet resurrectio prima, quae adeo non erit nisi resurrectio

cor-

corpore. Respondeo negando Majorem, quæ ex textu nunquam improbabatur, ut ex illis quæ supra hac de re dicta fuerunt, sufficienter apparet. Id tantum conceditur, quod omnes qui per totos M. annos spiritualiter resurrexerunt, cum Christo etiam regnaverint. Interim Martyres nihilominus in cœlis cum Christo, sicut ante M. annos ita etiam in ipsis M. annis regnarunt, etiam si spiritualis resurrectio, quoad ipsum actum ad eos amplius non pertineat.

Argumentum Undecimum:

Quocunq; tempore testes Christi in sacco ambulabant, illud non potest esse felix illud tempus, quod innuitur Apoc. xx. Tempus autem à Constantino M. incipiens est illud ipsum tempus. Ergo. Respondeo distinguendo inter eos, qui adorabant bestiam & qui non adorabant bestiam. De illis minor cum Conclusionem conceditur, non vero de his, qui dum bestię abominaciones amplecti noluerunt, verbum Dei utriusque Testamenti, quod per illos testes designari docent magni nominis Viri incorruptum & indepravatum retinuerunt & pro solo fidei principio sunt amplexi, unde apud hosce illi testes non ambulabant in sacco.

Argumentum Duodecimum.

Quocunq; tempore Christiani per gentes barbaras sunt impugnati, illud non potest esse felix illud M. annorum tempus apud Apoc. c. xx. Id autem factum est in M. annis post Constantinum M. vel martianum per Gothos, Vandalos, Longobardos, Hunnos &c. Ergo. Respondeo ad majorem, promissiones Dei semper intelligendas esse cum exceptione crucis & castigationum paternarum. Sane Populus Israel tempore Judicium obtinuit promissiones Dei, ut esset in statu florantissimo, & dominaretur cunctis populis terrę Chanaan;

naan; nihilominus persæpe tamen hisce gentibus succubuit, ac servitutem ferre coactus est, id quod non minus sub Regibus accidit. Deinde ad Minorem dico per gentes memoratas maxime impugnatos fuisse illos qui adorabant bestiam, hoc est, qui adhærebant Papæ. De illis vero neque Johannes loquitur neque nobis hic sermo est, sed contra de non-adorantibus bestiam.

Argumentum decimum tertium :

Quocunq; tempore diabolus adhuc plurimis modis Ecclesiæ perniciem inferre potuit, eo tempore non potuit esse ligatus. Hoc autem factum est post tempora Constantini M. Ergo. Respondeo: Ligatio hæc aperte in textu restringitur ad id, ne diabolus gentes amplius se duceret. Fuit ergo draco ille victus nihil aliud quam ipse Satanas, quatenus furorem suum exseruit in persecutionibus Ecclesiæ, seu potius ille ipse furor diaboli in Ecclesiam per cruentas persecutiones desævicens, qui per hanc ligationem plane domatus fuit. Non tamen interim desit obambulare diabolus ut Leo rugiens, Ecclesiæ per alia media nociturus, quod etiam imprimis per Antichristum effectum dedit, cum antea sævitiâ apertâ Ecclesiam per tria infestasset secula. Hanc ob causam inducitur in c. XII, tanquam Draco sanguineus, qui in ipsum Christum, Filium scilicet mulieris sole vestitæ, sævitiâ suam crucifigendo illum jam exseruit, per sacerdotes & seniores Judæorum, qui tamen eo ipso tempore, quo Draco voluit illum devorare faucibus ipsius ereptus, in cælum sublatus est, ubi nihil obstat, quod ea quæ de muliere c. XII. prædicantur, mariæ non comperant, nemo enim nostratum dixit, quod per illam intelligenda veniat maria, unde mire se prostituit D. Animadvertens, dum istam sententiam Summe Reverendo Sand-

X

hagi

hagio attribuit & in illâ refellendâ totis viribus defudat. mulier enim hæc est purior Ecclesia Judaica, quæ adhuc fuit in Zachariâ, Simeone, Josepho, Hannâ, Mariâ & illorum similibus. Hæc Ecclesia sole, seu lumine verbi divini puræque doctrinæ vestita, prægnans fuit, anxie expectans suum Messiam, quem tandem assecuta statim furiis hujus Draconis, per Judæos in eam sævientis fuit exposita, cumq; deinde nomen Ecclesiæ Christianæ acciperet, non minores sub Imperatoribus gentilibus passâ est persecutiones, quæ omnia Caput hoc XII. rectè intellectum complectitur. Hic igitur furor, quo Ecclesiam in primis statim initiis extinguere conatus fuit, tandem per ligationem finitis tribus seculis compositus fuit. Neq; obstat, quod postea tamen idem Draco adhuc fuit adoratus Apoc. XIII. 4. siquidem idem ille Satanâs, licet furore persequendi inhibito aliis tamen modis Ecclesiæ nocuit & hominibus, ut Imperium Antichristianum sectando illum ipsum mediate adorarent.

Argumentum decimum quartum.

Tempus soluti diaboli post M. annos debet esse parvum: Tempus autè illud quod jam excurrit post nostrum millennium non fuit parvum, sed pene 4. secula. Ergo tempus soluti diaboli quod ponere debent Antichiliastæ non convenit cum tempore Apostoli. Respondeo (1) Etiam si nulla dari posset explicatio, cui suæ non adsint difficultates, non tamen idcirco chiliastica foret amplectenda, quæ non solum multarum falsitatum jam convicta est, sed suas quoque difficultates habet, & non minus quædam textui non adeo congruentia continet (2) Nihil tamen obest quo minus & tempus quod à consummatione nostri millennii effluxit, dicatur parvum tempus, si non respectu M. annorum, saltem respectu tem-

temporis antè elapsi, vel etiam secuturæ æternitatis.
 CXXV. Atq̄ ista ad D. Animadvertentis Episto-
 larum Antidecadem sufficiant. Antequam vero Ca-
 put hoc xx. Apocalypseos missum faciam, probe no-
 tandum moneo, quod nostra Explicatio stylo Apoca-
 lypseos multo exactius congruat quam chiliaistica: Vi-
 demus enim statim in hoc ipso capite v. 14. mentionem
 fieri mortis projectæ in lacum ardentem, id quod uti-
 que de morte corporis, utpote quæ est non-ens seu ens
 privativum, dici haud potest. Erit ergo illa mystice
 explicanda: Et præterea in totâ Apocalypsi mentio-
 nem sæpissime fieri videmus, quod mortui fuerint vel
 omnes in mari viventes c. xvi. 3. viii. 9. aut alio modo
 per amaritudinem aquarum homines interierint c. viii
 ii. Alibi, v. g. c. vi. 5. moritur quarta pars hominum,
 & horum familia alia, inter quæ nonnulla quidem par-
 tim impleta quidem sunt per realem interfectionem, il-
 lam vero simpliciter denotare nequeunt, ut ex plurimis
 textuum circumstantiis apparet; sed præcipue pleraq̄
 tendunt ad abductionem hominum à vitâ spirituali, vel
 per hæresium venena vel alio quodam modo, ut adeo
 perspicuum sit, nihil commodius esse, quam ut etiam in
 Cap. xx. tales intelligantur mortui, qui per abomina-
 tiones antichristianas à vitâ spirituali procul abfue-
 runt, & qui hisce non fuerunt infecti, seu qui bestiam
 hanc non adorarunt, eo ipso spiritualiter vivere seu à
 peccatis quotidie resurgere dicantur: Unde apparet,
 nullam esse ταυτολογίαν in illo, quod dicatur qui bestiam
 non adorabant, vixisse, etiamsi termini illi aliquo mo-
 do sint convertibiles, sicut nec ταυτολογία est, cum dico:
 Quicumq̄ in solo Dei verbo ejusque claris atque apertis
 effatis acquiescunt, illi demum vere dici possunt ortho-
 doxi, utut posterius magis cum priori conveniat,
 X 2 quam

quam illi ipsi termini quos h. l. usurpavit Johannes. Bre-
vibus: Prædicatio potest esse vel *materialiter* identica,
quales sunt omnes Definitiones, vel *formaliter* talis,
cum idem de se ipso prædicatur ita ut termini inter se
non solum conceptu, sed & verbis convenient. Postero-
ris autem generis prædicatio identica saltem *παιολογίας*
speciem constituit. Illam autem styli Apocalyptici
harmoniam ante ostensam merito hic urgemus, cum
credibile non sit, Apostolum in eodem libro Prophetico
diversi loquendi modis assuevisse. Circa verbum *ἐξήσαν*
notandum adhuc est, quod illud animabus tribui nolit
D. Animadvertens, sed integris competere velit sup-
positis. At quid respondebit huic Argumento: Quos-
cunque Johannes Apoc. xx. 4. vidit, illis attribuit ver-
bum *ἐξήσαν*. Vidit autem non ipsos Martyres, sed eo-
rum saltem animas Ergo. Major & Minor in ipso Tex-
tu apertissime continentur. Nec obstat quod non di-
catur *αὐταὶ ἐξήσαν*; sed simpliciter *ἐξήσαν*, cum verbum *ἐ-
ξήσαν* referendum etiam sit ad eos qui non adorabant
bestiam, id quod fieri non potuisset, si verbo Pronomen
Fœmininum fuisset præpositum. Illi quippe qui bestiam
non adorabant, non erant animæ sed integra supposita,
cum alias dicendum fuisset *αἱτινες*, ut ipse urget D. Ani-
madvertens. Adducit quidem ex libro Sapientiæ c. 3.
v. 1. Exemplum, ubi nominantur animæ, at deinde
prædicata corporib⁹ convenientia (ut putat) ipsis attri-
buuntur, sed (1) liber est Apocryphus, (2) omnia haud
incommodè ad animas trahi possunt, quæ ibi dicuntur;
castigatio enim animæ fit cum ingentes illi sollicitudi-
nes injiciuntur, (3) Quæro, num Johannes viderit ani-
mas an integra supposita Martyrum? Posterius, nisi
aperte vim Textui inferre velimus, affirmari nequit.
Manet ergo, quod verbum *ἐξήσαν* tribuatur animabus,
adeo-

adeoq; non possit notare carnis resurrectionem. Videant Chiliastæ quomodo hæc solvant.

CXXV. Sed revertendum tandem est ad nostram Animadversionem, ut quæ ibi restant, paucis absolvantur. Promittit §. 19. D. Animadvertens se probaturum esse dogma chiliasticum ex aliis quoque libris quam ex Apocalypsi. At non ignoramus infinitam dictorum multitudinem produci solere ab hujus sectæ hominibus, ita tamen ut inter centum dicta vix unum sit, ex quo aliquid argumenti pro ipsis neci possit, & verum in ipsis maneat illud Irenæi, *quod obscurorum dictorum & detortarum Scripturarum infinitam afferant multitudinem ut simplices homines, veritatisq; & literarū ignaros instuporē atq; assensū trahant.* Nolo me jam in immensum illud dictorum pelagus immergere, quibus colorem dogmati suo aspergere conatur cœtus ille Sioniticus seu chiliasticus; sed tantum generalia quædam quæ ad totum negotium facillime expediendum sufficere queant, annotabo: Initio ergo monendum est, ut accuratè attendatur status controversiæ, quem si probe cognitum habeamus, vix decima pars omnium quæ adversarii afferunt negotium, amplius faceffere nobis poterit. Nam (1) non quæritur, an funesta adhuc nobis immineant tempora, quibus præterlapsis Deus res Ecclesiæ in meliorem statum sit deducturus? Nec (2) impugnamus illud quod futuram quandam Judæorum conversionem statuunt plurimi magni nominis Theologi. Neque (3) de futurâ Babelis seu bestię & Pseudoprophetæ ruinâ est quod cum Chiliastis expostulemus. Nec denique (4) impugnamam hic nobis sumimus celebrem illam nonnullorum thesin, quod aliquo tempore Ecclesia per totum orbem in tranquillâ pace & florente felicitate, sit dila-

randa. Nec (5) de insigni Turcorum vel aliarum gentium contra Christianos sese armaturarum clade & internecione diffidium cum Chiliaftis jam fuscipimus, unde in omnibus Scripturæ S. dictis quæ pro his & similibus confirmandis magno numero adducunt nostri Quintomonarchici, meram committunt ignorationem Elenchi, utut inter illa haud pauca sint, quæ fatis incommode ad hujusmodi theses Chiliaftæ pertrahunt, id quod tamen hoc loco non scrupulosius examinabimus. Nulla ergo Scripturæ S. dicta afferri possunt pro Chiliafmo, nisi ex iis deduci queat vel (1) particularis mortuorum resurrectio, vel (2) geminum Christi iudicium (3) status talis Ecclesiæ in quâ pii sint ab omnibus tam tristibus quam turpibus malis immunes, isque post adventum Christi secundum futurus, unde dicta quæ saltem futuram aliquam pacem & tranquillitatem pollicentur, rem non conficient. (4) conservatio hujus universi etiam post adventum Christi (5) immunitas piorum ab omni peccato futura (6) Talis Harmonia Ecclesiæ superioris cum inferiore qualem volunt Chiliaftæ (7) quod iudicium Christi in adventu ipfius per solam internecionem gentium sit exercendum (8) quod in M. annis non morituri sint pii, (9) quod templum & Respublica Judaica sit restauranda (10) quod Christus aliquod regnum à se inceptum ipse iterum sit depositurus (11) quod pii extra æternam beatitudinem speciale quoddam præmium obtinere debeant. (12) quod omnes pii etiam demortui aliquo tempore regnum & dominum aliquod in terris habituri sint, & si quæ sint hisce similia. Ulterius notandum est, plurima in illis quæ Chiliaftæ afferunt dictis, de temporibus N. T. eorumque felicitate spiritali agere, atque illam variis modis deprædicare, ita ut multa quidem dicant,

cant, quæ secundum literam in N. T. non fuerunt impleta; at nihilominus in sensu spirituali, quem Prophetæ in talibus intenderunt, exacte suum sortita sunt eventum. Inter illa maxime nobilia sunt quæ de regno Davidis instaurando, atque de futura Israelitici regiminis restitutione & flore prædicuntur, quæ tamen eo ipso impleta fuerunt, dum spirituale Messia regnum per totum orbem fuit extensum & dilatatum, id quod ex mox sequentibus perspicuum erit rationibus. In specie urgeri solet locus Act. I. 6. ubi Discipulis Christum interrogantibus num hoc tempore regnum Israel restitutus esset? ille respondit: Non vos decet scire tempus & horam quæ Pater suæ potestati reservavit, ubi dicunt Christum, si tale regnum non fuisset incepturus simpliciter negando respondere debuisset. Respondeo quod hoc facere noluerit, ne fidei ipsorum jam tum satis infirmæ scrupulos injiceret, cum ipsi adhuc crederent Messiam necessario regnum in orbe instituere debere. Maluit ergo curiositatem interrogantium reprehendere, & ut Spiritus S. illuminationem hac de re ipsos satis informaturam expectarent, svadere, ne si regni erectionem simpliciter negasset, ipsi in eum credere desinerent. Cætera vero dicta hujusmodi de regno gratiæ explicanda esse, initio inde probo quod habeamus hic præeuntem nobis Apostolum Jacobum, qui dictum Prophetæ Amos ex c. ix. 11. de erectione regni Davidis agens, impletum esse asserit in conversione gentium, seu in regno Messia tam inter Judæos quam gentiles suo jam tempore feliciter propagato, ut constat ex Act. xv. 15. seqq. Idem ergo judicium erit de similibus Prophetarum dictis hanc ad rem spectantibus. Deinde idem declarat Apost. Rom. ix. 6. ubi cum ipsi objiceretur, quod si quis Judæos à Deo re-

reiectiones statuat, is simul plurimas Judæis factas in Prophetis promissiones versurus sit, aperte respondet, hujusmodi promissiones non esse intelligendas de Israele secundum carnem; sed de Israele secundum promissionem, id est de verâ Dei Ecclesiâ, & præcipue Novi Testamenti. Atque hoc etiam patet ex collatione Epistolæ ad Galatas c. iv. v. 21. seqq. ubi eleganter declarat Apostolus, quod Ecclesiæ Novi Testamenti membra pro veris promissionis filius, seu pro Isaac Abrahami habenda sint, Judæi vero ad Ismaelem pertineant. Notanter itaq; suo adhuc tempore urget apostolus Rom. ix. 7. illud Geneseos: In Isaac tibi appellabitur semen, unde ex loci ad Galatas collatione clarius evadit, quod apostolus per Isaac Ecclesiam N. T. præcipue intendat. Eadem ratione etiam supernam Hierosolymam apostolus in adducto ad Galatas loco nostram appellat matrem, ut indubie appareat, præcipuas Prophetarum, promissiones ad Israelitas vel Hierosolymas factas, de regni ipsorum futurâ amplificatione & restauratione, nihil aliud quam ipsam Ecclesiam N. T. concernere. Qua de causâ illos tantum apostolus pro Judæis haberi vult qui interius & in abscondito sunt Judæi, ac circumcisi non carne sed corde Rom. II. ult. id est omnia veræ Ecclesiæ membra. Nec minus promissiones Abrahamo factas de multiplicando semine ipsius, transfert & applicat ad multiplicationem fidelium, etiam inter gentiles, tempore N. T. Rom. IV. 16. Id quod insuper manifestum est ex eo quod Jerem. xix. 11. Hierosolymæ ita aliquando evertendæ dicuntur, ut nunquam possint in integrum restitui, quo ipso Prophetam magis ad Romanam Hierosolymarum quam ad Babylonicam everisionem respexisse manifestum est.

CXX
 stauratio
 solent, de
 que enim
 bar sub im
 Hebr. x
 que tibi, ad
 Hierosolym
 T. existenti
 mentem Sim
 Sini data: ta
 tem. Nihil
 V. T. locu
 non fecisset,
 pæcis cœtui
 israelitarum
 re. Hic ita
 rum clavis
 ratione pro
 tum impleta
 nihilominus
 veritas in om
 proinde ag
 ta secundum
 per hanc inc
 nolabuntur
 nem etiam
 pacissimis
 vniuersis p.
 tem æquale
 vero nostro
 offerunt Gen
 istorum ad

CXXXVI. Explicanda itaq; sunt dicta quæ pro in-
 stauratione Reipublicæ Israeliticæ afferri ex Prophetis
 solent, de Ecclesiâ N. T. ut demonstratum fuit. Ne-
 que enim insolens esse Scripturæ S. ut res N. T. descri-
 bat sub imagine rerum V. T. vel ex unico Apostoli di-
 cto Hebr. XII. v. 22. seqq. manifestum est: *Venistis, in-*
quit ibi, ad montem Sion, ad urbem Dei viventis, ad Hiero-
solymam caelestem &c. ubi de Hebræis in Ecclesiâ N.
 T. existentibus agit, eosq; opponit iis qui venerunt ad
 montem Sinai, h. e. ad Ecclesiam V. T. legi in monte
 Sinai datæ tanquam pædagogo suo Gal. III. 24. subje-
 ctam. Nihilominus hisce suis Hebræis ea tribuit, quæ
 in V. T. locum saltem habere potuerunt, quod utique
 non fecisset, nisi scivisset plurima, imo potissima in Pro-
 phetis cœtui Sionis & urbi Hierosolymarum gentique
 Israelitarum facta promissa ad Ecclesiam N. T. specta-
 re. Hic itaq; locus Apostoli instar optimi Prophetarum
 clavis nobis esse poterit, ut ex eo discamus, qua
 ratione promissa Judæis facta, quæ tamen in ipsis non-
 dum impleta cernimus, neq; implenda esse certi sumus,
 nihilominus ita possint explicari, ut Verbo Divino sua
 veritas in omnibus constet ac certa permaneat. Ma-
 le proinde agunt Chiliastæ, dum talia Prophetarum di-
 cta secundum literam ubiq; interpretari volunt, & pro-
 pter hanc incogitantiam in magnas sæpe absurditates
 prolabantur, v. g. dum credunt in futuro seculo fore
 tantam etiam inter homines & bestias pacem, ut & cum
 rapacissimis bestiarum homines collufuri sint *Glau-*
bensgespr. p. 886. item nullam ibi fore noctem, sed no-
 ctem æqualem extituram claritate nostro diei; diem
 vero nostro septies clariorem, contra expressum Dei
 effatum Gen. V III. vers. 22. Atq; ista ad resolutionem
 dictorum ad probandam Reipublicæ Judaicæ futuram

instaurationem â Chiliaſtis allatorum ſufficiant. Cæte-
da Animadv. argumenta, quæ majoris momenti vi-
rentur, jam in ſequentibus ſigillatim ſunt diſcutienda,
ubi etſi brevitatis obtinendæ cauſa quædam ſeponen-
da erunt, nihil tamen quod principali quæſtioni dubium
movere poſſit, intactum manebit.

CXXVII. Argumentum in Animadv. ſ. 10. pro-
poſitum, cum nihil aliud probet quam tempora pacis
Eccleſiæ aliquando futura eſſe, prætermitti poteſt, nec
opus erit ut hoc loco ſcrupuloſe excutiamus, num di-
ctâ quæ ibi adducuntur impleta ſint nec ne? quoniam
etiã ſi implenda adhuc ſtatuantur, dogma chiliaſticum
inde tamen minime poteſt extrui. Neq; enim, licet fu-
turum ponatur tempus, quo innumerabiles hoſtium in
Eccleſiam ſe armantium copiæ auxilio Dei fundantur,
& Eccleſia hoc modo feliciorẽ nanciſcatur ſtatum,
inferri poterit, adventum Chriſti futurum ante hæc
tempora, & mortuos tum reſurrecturos & quæ alia
contra Scripturam hic docent Chiliaſtæ. Mera itaque i-
gnoratio Elenchi in hoc Argumento ſeſe prodit. Nec
etiã particularem reſurrectionem inferent dictâ Ef-
xxvi. 14. 19. cum potius in v. 19. iidem denotentur
mortui qui in v. 14; tota enim hæc pars capitis agit de
calamitatibus Judæorum præſentibus. Illi quippe di-
cuntur jam quaſi mortui propter tot miſerias at v. 19.
dicuntur tandem vitam adepturi cum ſc. Deus ex mi-
ſeriis eos eripiet, & cadavera eorum reſurrectura di-
cuntur h. e. ipſi in priſtinum felicitatis gradum tandem
erunt redituri. Probo hoc inde quoniam v. 19. oppo-
nitur verſui 18. (Si enim verſui 14. opponeretur, illi ſub-
jungendus fuiſſet) At verſus 18. agit de calamitate Ju-
dæorum, Ergo v. 19. ager de rediturâ eorum felicitate.

CXXVIII. Miſſis itaque illis quæ in ſ. 19. Ani-
madv.

madv. satis confuse pro Chiliafmo disputantur, & numero præcedenti paucis dissoluta sunt, ordo jam postulat, ut locus 1. Cor. xv. 23. seqq. qui pro Chiliafmo adducitur §. 20. Animadv. brevibus expendatur. Sensus loci huc redit: Resurgent omnes pii in Christo (de solorum enim piorum resurrectione Caput hoc agit, nec impii per Christum sed per justitiam Divinam resurgent, cum melius ipsis foret ut non resurgerent) singuli autem in suo ordine, scilicet ut primo loco resurgat Christus, & deinde omnes qui ad ipsum pertinent. Tertia igitur resurrectio piorum hoc ipso plane evanescit, cum omnes simul debeant resurgere. Illustratur hoc similitudine primitiarum V. T. Sicut enim ibi post oblationem primitiarum una tantum messis instituebatur frumenti in illo agro nascentis: Ita post resurrectionem Christi *ἀπαρχῆς* uno actu totus grex eorum, quorum *ἀπαρχῆς* Christus fuit, h. e. piorum resurgere debet. Objicitur autem inter resurrectionem *τῶν νεκρῶν*, & finem, magnum esse debere interstitium, sicut tale fuit inter horum & Christi resurrectionem, cum utriq; membro interjiciatur particula DEINDE. Respondeo: In Græco priori loco est *ἐπειδὴ*, quam particulam posse magnum vel parvum interstitium de notare concedo; at in posteriori loco habetur *εἶτα*, quæ vox nunquam in universo N. T. ad totum cujus codicem provo-
 covo, ubi vix sæpius quam novies extabit, invenietur denotare interstitium magnum temporis: Sempere-
 nim, ubi est particula temporis, duo membra con-
 jungit eodem actu se subsequencia & connexa. Manet itaque quod vox *εἶτα* per Tum sit exponenda, ut in Programmate factum, quicquid etiam reclamet cœtus Sionis chiliaflici. Evidens hoc non minus est ex eo, quod Apostolus eandem particulam multo commo-

dius retinisset, nisi multo diversa interstitia inter tria hæc membra interjicere voluisset. Objicitur porro, Apostolum tamen loqui de quadam resurrectione, quæ τοῦς ἁγίοις solos concernat. Respondeo, non inusitatum esse Scripturæ S. ut de piorum resurrectione solâ agat, nullâ impiorum mentione factâ, utrorumq; enim resurrectio licet uno actu futura sit Joh. V. 28. erit tamen resurrectio piorum quasi actio plane alia ab impiorum resurrectione: illa fiet virtute meriti Christi; hæc virtute omnipotentia divina: illa concedetur per gratiam; hæc per justitiam: Illa erit actus sperandus & optandus; hæc vero actus metuendus: Illa non facta fuisset nisi Christus resurrexisset; hæc etiam Christo non resurgente in actum foret deducta: Sicut igitur, licet transitus piorum in cælum & impiorum in Gehennam uno momento futurus sit; de singulis tamen separatim sæpe loquitur scriptura: Ita etiam de sola resurrectione ad vitam non raro separatim agit, haud tamen idcirco negans, quod uno actu cum hac futura sit etiam impiorum resurrectio. Observanda igitur venit hic Regula jam ante inculcata, quod nuda unius memoratio non statim alterius sit exclusio. Objicitur deinde, quod in fine Christus regnum Patri sit traditurus v. 24. Hoc autem non futurum in adventu Christi, ubi regnare demum incipiet, ergo finem non posse incidere in adventum Christi. Respondeo negando Minorem, Christus enim utique in adventu regnum suum spirituale, hoc est omnes pios & fideles Patri tradet atq; adducet, ita tamen ut nihilominus regnum hoc in suos fideles in vitâ æternâ retineat, per Luc. I. 33. Ulterius objicitur: Cum finis futurus est, Christus tollet ipsam mortem I. Cor. xv. 24. Hoc autem demum fiet post M. annos Apocalyplicos Apoc.

Apoc. xx. ii. seqq. Ergo post illos M. annos finis de-
 mum, & universalis resurrectio est futura. Respon-
 deo concedendo totum Argumentum: Illi enim M.
 anni non referendi sunt post adventum Christi, sed an-
 re illum, & jamdudum sunt impleti. Videantur quæ
 supra hac de re dicta sunt. Denique ita concludit A-
 nimadversio: Quando finis erit, tum Christus subje-
 ctus erit Patri, v. 28. Hoc autem non fiet in adventu i-
 psius, tum enim regnare incipiet, & omnia ipsi erunt
 subjecta: Ergo in adventu Christi nondum finis erit.
 Respondeo (1) Major admitti posset, eo quidem sen-
 su, quod Christus sicut semper Patri secundum huma-
 nam naturam est subjectus, ita & in fine ipsi sit subdi-
 tus: Quod enim tum demum incipere debeat subdi-
 tus esse Patri, cum finis erit, illud falsum est, nec pro-
 batur in versiculo adducto. (2) Minor aperte contra-
 dicit versui 28. ubi expresse asseritur, quod tum Chri-
 stus Patri subditus sit futurus, cum omnia ipsi erunt
 subjecta, hoc est, cum in plenâ gloriâ regnabit, id quod
 statim factum est post ascensionem Christi in cælos,
 uti docet Apostolus Eph. I. 20. seqq. *Deus, inquit, exci-
 tavit Christum à mortuis & posuit ad Dextram suam
 in cælestibus super omnes principatus, potestates & vir-
 tutes ac dominatus, & omne nomen quod nominatur non
 solum in hoc, sed & in futuro seculo, & omnia posuit sub
 pedibus ipsius, unde apparet utique simul consistere
 posse, imo & debere, ut Christo omnia, ipse vero Pa-
 tri subjectus sit, ex 1. Cor. xv. 28.*

CXXIX. Dicis (1) si jam Christo in ascensione o-
 mnia sunt subjecta, cur itaq; Apostolus hic utitur tem-
 pore futuro in loco 1. Cor. xv. 28? Respondeo, A posto-
 lum loqui hic respectu temporum Davidis, & ulterio-
 rem quasi Explicationem tradere illius dicti Davidici:

Omnia subjecisti pedibus ipsius. Deinde potest hoc etiam aliquo modo trahi ad vitam æternam, in quâ omnia Christo ita erunt subjecta ut nihil supersit, quod illius dominium in se non agnoscat, qui proinde major quasi gradus potestatis præcipue intentus fuit ab Apostolo, ut in regno gloriæ demum plene impletum fore asserat, quod dictum fuit à Davide omnia subjecisti pedibus ejus, licet inde non sequatur, quod David de his nostris temporibus non simul loquatur; quippe qui expresse asserit, Christum, postquam PARVUM TEMPUS minor factus est angelis, statim ita coronandum esse ut omnia ipsius pedibus essent subjecta: Ps. VIII. 6. Hoc ergo continuo post ascensionem factum esse debuit; licet plenarium hujus potestatis complementum in regno demum gloriæ ipsi sit accessurum. Dicis (2) In quonam complementum illud consistet? Respondeo in eo, quod in regno gloriæ Christo omnia ita sint subjienda, ut potentia ipsius omnibus fiat manifesta, nec ullus hostium supersit, qui contra ipsum vel hiscere audeat; sed omnes victricem Christi potestatem in se quoque agnoscere debeant, id quod nondum fit hisce temporibus post ascensionem Christi ad cælos, unde Apostolus notanter dicit Hebr. II. 8. Nunc autem nondum videmus Christo omnia esse subjecta, quoniam, licet Christus summam jam habeat in omnia potestatem, illam tamen ubique non exercet sed hostes quoque adversus suos fideles prævalere ad tempus permittens, expectat cum ultione suâ illum diem in quo omnes victurus & sibi subjecturus est Hebr. x. 13. Hi igitur hostes Christi, dum pios ubique persequuntur, efficiunt, ut jam parum re ipsâ sentiamus, Christum in omnes dominari, etiam si reverâ jam inde ab ascensione omnia ipsi sint subjecta per Eph. I. 20. seq. in-

Inverti autem
tamen diu
mici pedibus
ram autem u
post M. dem
querur manife
nia demum
D. Animadver
truditiones A
ant. Dicis 3
plicare de n
maritum dem
re nostrarum
tumulum hur
ludini Exp
non rejectis r
mandum futu
am futurum
vorum & ali
temporum D
Apostolan
T. & N. T.
veneriam
mentionem.
am Caput L
hæc hoc ex c
N. T. per Chr
aria esse sus
angelos fuit a
pedare debet
prioribus
que jam dicitu
Christo esse su

Inverti autem potest & hæc objectio : Si enim Christus tamen diu expectet cum regno suo , donec omnes inimici pedibus ipsius subjiciantur ex Animadv. §. 26. horum autem ultimus ipsa mors sit , 1. Cor. xv. 26. quæ post M. demum annos tollenda erit Apoc. xx. 14. sequetur manifesto , regnum Christi post mille annos initia demum habiturum. Respondete hic , mancipia D. Animadvertentis , aut agnoscite in quam turpes contradictiones Antesignani vestri hypotheses vos deducant. Dicis 3. Apostolum tamen illud Ps. VIII. 5: 6. explicare de mundo futuro , qui post hujus mundi interitum demum esse poterit. Fateor , variare hac in re nostratum Explicationes , atq; adeo variis modis scrupulum hunc posse eximi. Liceat ergo solius B. Balduini Explicationem Chiliaftis nostris opponere , non rejectis tamen illis , quæ ab aliis afferuntur. Per mundum futurum non intelligit ille id , quod alias seculum futurum in scripturis dicitur : Aliud siquidem est *οἰκουμένη* & aliud *αἰών* ; sed tempora N. T. quæ respectu temporum Davidis erant futura. Manifestum enim est , Apostolum in Epistolæ initio opponere tempora V. T. & N. T. ut demonstret non solum hujus præ illo eminentiam , sed & majorem doctrinæ N. T. debitam attentionem. Quæro itaque cur hac in causâ per totum Caput I. urgeat eminentiam Christi præ angelis ? Patet hoc ex c. II. v. 1. ut scilicet ostendat doctrinam N. T. per Christum annunciata majori cum Reverentia esse suscipiendam , quam illam V. T. quæ per Angelos fuit annunciata. Ad hunc itaque scopum quadrare debent & illa , quæ c. II. v. 5. seqq. dicuntur , cum prioribus per particulum ENIM connectantur : Hic jam dicitur mundum futurum non Angelis sed Christo esse subjectum , & quidem illum mundum futu-

tu-

turum *de quo jam loquitur v. 5.* Omnis autem locutio Apostoli spectaverat ad tempora N. T. & doctrinam Evangelii; (quam v. 3. appellaverant *συνθηκαι* ab Effectu) non vero ad tempora post consummationem seculi. Tempora itaque Novi Testamenti erunt mundus futurus. Porro cum mundus futurus non sit angelis subjectus, erit tempus illud, in quo Deus præcipue ministerio angelorum inter homines usus fuerat, & in primis in promulgatione legis per totius V. T. tempora locum habituri, hoc inquam tempus erit mundus præteritus, adeoque mundus futurus est tempus N. T. in quo omnia gubernantur a Christo & per Evangelium, ab ipso traditum, sicut in V. T. per legem angelorum ministerio annunciatam omnia gubernata fuerunt. Sensus igitur Apostoli talis est: Non enim mundus hic futurus (respectu sc. prioris) seu tempora N. T. Angelis subjecta sunt; (velut V. T. ubi angelorum ministerio lex lata fuit pædagogus noster) sed ipsi Christo, dum scilicet ille doctrinam quæ in Ecclesia N. T. esse debebat, ipse annunciavit, & per eam adhuc Ecclesiam tanquam ejus Caput gubernat: Majori itaque cum reverentiâ doctrina Evangelii erit suscipienda. Apostolus scilicet non solum hoc in loco, sed & Eph. I. 20. seqq. præcipuum Exaltationis Christi super omnia momentum in eo ponit, quod ille tanquam Caput Ecclesiæ in eam adeptus sit imperium. Licet enim & impiis Christus dominetur, illi tamen hoc non agnoscunt dominium, velut ante pluribus declaratum fuit.

CXXX. Expendenda hac occasione veniunt, quæ de oppositione hujus & futuri seculi annotat D. Animadvertens §. 22. Tria ille secula statuit: Præteritum ab orbe condito usque addiluvium aqueum sive Noacho: Præsens, ab illo usque ad futurum diluvium

vium sangu
tio denique
gni chilia
niverfo imp
nolo scriben
tans, ita &
rio, at quali
hnt autem d
ne innumera
gnum chilia
gleich. p. 844
suffen/gleich
han die Zäu
in wird/das
reden: das
quæ pro hac
is per hyp
erunt: Illuc
prismi, que
nem Evang
determinatio
rotem aiv
minare aliud
quoniam, I
standam esse
oppon
rum similiter
venda quoc
de sensus que
ris pius relin
mpo plura re
tate autem fu
i Chiliaffis:

vium sanguineum sub initium regni chiliaftici: Terto denique & futuro seculo relinquuntur tempora regni chiliaftici usque ad diluviū igneum finem huic universo impositurum. Aperte igitur contradicit Apostolo scribenti: *Sicut priscus orbis per diluvium fuit perditus, ita & jam cæli ac terræ reservantur alteri diluvio, at quali, non sanguineo, sed igni.* 2. Petr. III. 6. 7. Volunt autem diluvium sanguineum oriturum ex sanguine innumerarum Gogis & Magogis copiarum ante regnum chiliafticum mactandarum, vid. Glaubens-Gespräch. p. 844. da wirstu sie in ihrem eignen Blute erlöffen/gleich wie vormahls im Wasser/wenn das Blut bis an die Zähme der Pferde durch 1600. Feldweges gehen wird/das auch die Berge mit ihrem Blut stießen werden: das wird deine Sündfluth seyn &c. Dicta, quæ pro hac sanguinis inundatione adducuntur, potius per hyperbolen aut mysticâ ratione explicanda erunt: Illud autem ex Ps. xxix. 10. agit de diluvio baptismi, quemadmodum integer Psalmus prædicationem Evangelii concernit. Conf. Ps. lxxviii. 34. Ad determinationem autem futuri seculi ut redeam, dico vocem αἰῶν \odot μέλλον \odot seu ἐρχομένου in N. T. non determinare aliud ὄταν quam æternitatē ipsam: Probo hoc, quoniam, Marc. x. 29. 30. dicitur, ἐν αἰῶνι ἐρχομένου dandam esse piis vitam æternam, & ibidem ὁ αἰῶν ἐρχόμενος \odot opponitur τῷ καιρῷ τούτῳ: Sane si & seculum futurum similiter esset tempus sine suo terminatum, retinenda quoq̄ fuisset vox καιροῦ in altero membro. Unde sensus quem Emphasis dicti exigit, talis erit: Quivis pius relinquens sua omnia propter Christum, centuplo plura recipiet adhuc in hoc tempore; In æternitate autem futurâ vitam æternam. Objicitur autem à Chiliaftis: si pii præter vitam æternam adhuc in hoc

Z

tem-

tempore omnia quæ propter Christum reliquerunt, recipere debent, utiq; dabitur tempus, in quo etiam magnas mundi opes possideant, regnum scilicet chiliasticum: Respondeo restitutionem illam debito modo esse explicandam, scilicet qui cognatos suos carnales propter Christum relinquunt, in Ecclesiâ multo plures cognatos spirituales & fratres in Christo inveniunt, quæ ratione & opes terrestres opibus cœlestibus in hac vitâ jam à Deo rependuntur. Merito autem Argumentum hoc κατ' ἀνθρώπων retorquere licebit in ipsos Chiliastas, h. m. Tempus illud in quo pii recipiunt quæ propter Christum reliquerunt non est seculum futurum, sed ab illo distinctum per Marc. x. 30. At tempus Chiliasticum juxta Adversarios est seculum futurum: Ergo tempus chiliasticum non est tempus, in quo recipiunt pii, quæ propter Christum reliquerunt, id quod tamen tanto cum conatu defendere student Chiliastæ. Excipit autem D. Animadvertentis Uxor: Glaubensgespr. p. 756. futurum hoc esse in præambulo regni Chiliastici. At, si hoc præambulum omnes qui propter Christum sua reliquerunt hac restitutione beabit, debet utiq; collocari post resurrectionem chiliasticam primam, ut ad illud pervenire etiam possint pie jam demortui. Quæ vero post resurrectionem primam fiunt, illa ipsa fiunt in futuro seculo, cum Chiliastæ doceant ex Joh. vi. 40. primam piorum resurrectionem incidere in diem EXTREMUM hujus seculi. Ita enim habent Glaubens-Gesprach part. I. p. 113. Das ist der letzte Tag dieser Welt/ da die Auferstehung der Gerechten geschehen wird: dis ist die erste Auferstehung &c. Manet ergo, quod nec in hoc præludio possit fieri illa restitutio, cum ea us jam ostensum est, fieri debeat, in tempore quod à futuro seculo sit distinctum. Hæc κατ' ἀνθρώπων

πον potius quam κατ' ἀλλήλων deducere volui. Objicitur (2) vocem *διών* nunquam in Scripturâ denotare tempus infinitum: Respondeo falsum illud esse, hoc enim statuentibus aperte repugnant loca 1. Pet. I. 25. Hebr. VI. 20. c. VII. 17, 21, 24, 28. Denique (3) tale Argumentum nectit D. Animadvertens: Consummatio hujus seculi cum adventu Christi conjungitur Matth. xxiv. 3. Adventus autem Christi erit ante M. annos Apocalypticos: Ergo & hoc seculum consummari debet ante M. annos Apocalypticos. Majorem concedo, licet locus Matth. xxiv. 3. potius de signo aliquo adventus Christi agere videatur, quod tamen cum fine mundi non statim erit connexum. Verum hanc litteram meam facere nolo: Sufficit enim quod utrinque concedatur, ipsum Christi adventum cum seculi consummatione coincidere, utut ex adducto loco illud statim non sequatur. Legi potest hac de re Epistola Quinta in memorato libro: D. Animadvertentis *Der veste Grund des Reichs Christi* §. 12. ubi quilibet facile animadvertet quam exigui sint ponderis quæ hac de re pro suâ explicatione producit: Misa ergo Majore transeundem erit ad Minorem: Adventus Christi erit ante M. annos Apocalypticos: Hanc ita probat D. Animadvertens: Antichristus circa adventum Christi erit interficiendus: At ille interficitur ante M. annos Apocalypticos. Ergo Adventus Christi erit ante M. annos Majorem concedo, sed Minor falsa est, cum Caput xx. Apocalypseos non connectendum sit cum Cap. xix. prout supra declaratum fuit num. xxiv. Atque hoc modo totum Argumentum quod §. 23. adducit D. Animadvertens simul evanescit.

CXXXI. Sequitur jam expendendus locus Luc. xx. 35. 36. ubi Salvator meminit quorundam qui di-

gni habebuntur, ut seculum *illud* consequantur, ubi infert D. Animadvertens, si universalis hic intelligenda esset resurrectio, tum resurgentibus peculiarem haud ascribi posse dignitatem. Respondeo sermonem esse hic de resurrectione ad vitam, quam in se spectatam non omnium esse concedimus, licet in tali actu futura sit, in quo omnes resurgent. Unde si vel centum dicta in medium proferre possent Adversarii, in quibus de solâ piorum resurrectione mentio fit, nihil tamen contra nos evincent, nisi simul ostendant, impios â tali piorum resurrectione esse excludendos, cum uno memorato non statim alterum negari omnes accurati doceant Philosophi. Hanc vero exclusionem nunquam demonstrabunt, quoniam Salvator expresse piorum & impiorum resurrectionem in uno actu conjungit Joh. V. 28. *Quâ de causâ etiam ex Catechismo minori B. Lutheri in Explicatione Symboli â primâ infantia profiteri edoctus sum, daß der heil. Geist (non exclusis cæteris Divinitatis Personis) am jüngsten Tage mich und alle Todten auferwecken / mir aber samt allen Gläubigen ein ewiges Leben geben werde scil. in eodem die novissimo. Quo quid apertius pro asserenda universali fidelium & infidelium simul sumptorum resurrectione uno actu conjuncta? Notent hoc illi qui Chiliafsmum libris nostris Symbolicis haud repugnare temere affirmant.*

CXXII. Huc igitur respexit Summe Venerabilis Dominus Præceptor, dū in edito Programme posuit, nos in Catechismo nostro unam saltem eamq̄ universalem die ultimo mundi futuram mortuorum resurrectionem credere, ad quod D. Animadvertens nihil potuit regere nisi quod §. 32. ait in textu Græco Symboli non legi *ἀνάστασις*: Verum etsi illa verba Symboli:

ἀνά-

ἀνάστασιν ἔσχατος non inferant unam atque universalem
 carnis resurrectionem in die novissimo futuram, evin-
 cit tamen talem ipsa B. Lutheri ante adducta Explica-
 tio, quæ utique omnibus consentientibus ad Catechi-
 smum nostrum pertinet. Dicis (1) iudicium tamen vi-
 vorum & mortuorum quod in Symbolo profite-
 mur, particularem piorum resurrectionem inferre, cum in
 eo Sancti futuri sint Christi Assessores, adeoq; ante judi-
 cium apud Christum esse jam debeant: Respondeo esse
 hoc petitionem principii. Licet enim Sanctis appro-
 batorium concedamus iudicium, hoc ipso tamen non
 sequetur, quod futuri sint Assessores, aut ipsi non etiam
 debeant iudicari, cum tale iudicium etiam Ninivitis &
 Reginæ Arabiae tribuatur Matth. XII. v. 40. & 41. Ulte-
 rius, etiamsi quoque apostolis ex Luc. XXII. 28. seqq.
 concedatur aliqua prærogativa, in hoc iudicio appro-
 batorio; nihil tamen obstat, quo minus cum cæteris
 uno actu resurgant, & Christo Judici sistantur, qui de-
 inceps iis à reliquis separatis, tanquam Assessoribus u-
 tatur. Dicis (2) ex Animadv. §. 29. Christum vivos &
 mortuos iudicaturum in illustri adventu & regno suo
 2. Tim. IV. 1. at in fine mundi ipsum Patri regnum tra-
 diturum ex 1. Cor. XV. adeoq; non amplius id retentu-
 rum, Ergo in fine mundi iudicium hoc collocari non
 posse. Respondeo falsum esse quod Christus in fine
 mundi regnum amissurus sit, quin potius regnum su-
 um multo majori cum gloria tum administrare incipi-
 et, idque in omnem æternitatem. Locum ex 1. Cor.
 XV. falso pro hujus regni amissione allegari supra fuit
 ostensum. Dicis (3) Zach. XIV. 4. 5. dici quod ipse Do-
 minus cum omnibus sanctis venturus sit ad pœnam
 gentium. Respondeo l. c. non agi de iudicio vivorum
 & mortuorum à Christo habendo, sed de gentilium

per sanctos prostratione, quod vel in unicâ victoriâ (v. g. Macchabæorum contra Syros, ubi utique Deus cum suis sanctis pugnavit, qua de re tamen nihil determino) satis impleri potuit. Dicis (4) Christum adventurum esse, cum venturum sit tempus refocillationis ex Act. III. 20. adeoque adventum ejus in tempore adhuc collocandum esse. Respondeo, incertum esse, quænam sint tempora refocillationis l. c. nec video quid repugnet, quo min⁹ de vitâ æternâ explicetur, quæ per *συγκατάβασις* temporis appellationem fortiatur, quo etiam tendit B. Lutherus in Glossâ adjecta. Nec est quod excipiat D. Animadvertens, tempus hoc incidere debere in tubam septimam, cum in utroque tempore implenda sint Prophetarum prædicta Apoc. x. 7. neque enim Apostolus Act. II. 21. in ipsis temporibus refocillationis ista docet implenda, sed Christum docet cælos occupaturum donec impleta sint omnia Prophetarum oracula, unde cum è cælis descendet, omnia jam erunt impleta, adeoque tempora refocillationis post adventum Christi in cælis incipienda, post illam impletionem collocari quoque debent: Post tubam itaque septimam, non vero in eâ incipient.

CXXXIII. Atque ita etiam Argumenta quæ extra Apocalypsin in Scripturis contineri voluit nostra Animadversio, dissoluta sunt. Missis autem iis quæ ad negotium ipsum haud pertinent, expendenda jam venient quæ D. Animadvertens habet §. 35. de Quæstione, num Chiliasmus pertineat ad finem fidei nostræ, an ad Media finem ipsum consequendi: Verba D. Animadvertentis hæc sunt. *Majusculis porro litteris, tanquam res magna & ardua quæstio sit*, magni utique momenti res est, ut ea quæ ad finem nostrum ultimum spectant, exquisite habeamus cognita, cum ad illa con-

fe-

sequenda totam vitam debeamus dirigere, *signata verba proponis* : hoc unum prius me edoceant Chiliastæ
 AD FINEM NE AN AD MEDIA SIT REFERENDA DOCTRINA DE CHILIASMO? Respon-
 sionem subjungit, eum pertinere ad finem, illius autem diligentem considerationem ad media, cum animet nos, ut finem studeamus adipisci: Sed hæc responsio Scripturæ aperte contraria est. Illa siquidem vult, ut animus noster non terrestria intueatur, sed in cælum sit defixus, & quærat quæ supra sunt, ubi Christus est sedens ad dextram DEI. Coloss. III. 1, 2. At Chiliastæ quærent ea quæ sunt in terrâ, posito scilicet, quod Chiliaismus fidei nostræ finis sit, volunt enim regnare in urbes vel tres vel quinque vel decem vel amplius. Nondum itaque cum Christo resurrexerunt, ut inferri potest ex l. c. Coloss. III. 1. Nec minus impingunt, Chiliaismum pro fine fidei obrudentes in illud Christi Matth. VI. 19. ubi prohibet congestionem thesaurorum in terrâ, & in COELO vult ut nobis congeramus thesauros. Ne autem quis per cælum hic intelligat paradysum Chiliaisticum, notandum est ex loco Apostoli Paulo ante allato, quod in illo cælo thesauros nobis congerere jubeamur, ubi Christus est, sedens ad dextram Dei Patris, quod ubique nullum aliud est quam sedes illorum qui vitam æternam possident. Et notanter subjungit Salvator: Ubi thesaurus vester ibi & cor vestrum, id quod utique satis apparet in nostris Chiliaistis, qui omne suum gaudium omnemque consolationem in regni potius millenarii, quam æternæ beatitudinis expectatione ponunt. Unde etiam de regno illo pleraque Scripturæ d. æta de vita æterna exponunt. Denique Chiliaismum pro fine fidei amplectentibus oppono locum 2. Cor. IV. 17, 18. ubi Apostolus
 tem-

monet ut quæramus non visibilia sed invisibilia non temporanea sed æterna: Chiliafticum autem regnum utique est ex visibilibus, nec enim credo in urbes invisibiles imperium desiderare nostrates Sioniticorum cœtus. Nullâ igitur ratione Chiliaftus, etiamfi dogma verum esse ponatur, pro fine fidei haberi poterit. Quod si quandoque Scriptura præmia vitæ æternæ phrasibus ex rebus hujus mundi petitis describat, uti fit in Apoc. II. & III. & alibi, tum potius mystice talia interpretanda veniunt quippe quæ Scriptura saltem per *συγκατάβασις*, ut captui nostro se accommodet ita exprimere voluit. Non ignoro totum Cap. XXI. & XXII. à Chiliaftis huc trahi, sed quis quæso tam stupidus est, qui in horum lectione mera terrena sibi valeat concipere? Unde tot ponderosas sumemus gemmas, quæ tantæ murorum structuræ sufficiant? Neque tanto marmoris apparatus totius Hymetti viscera satis materiæ præbere poterunt, nisi contra omnem experientiam temere affirmare velimus, Deum creationis opus nondum explevisse, sed subinde adhuc ex nihilo aliquid producere. An autem capita XXI. & XXII. Apoc. ante finem sæculi, an vero post illum collocanda sint, de illo non movebo litem Chiliaftis.

CXXXIV. Deinceps acerbe quoque conqueritur D. Animadvertens, quod ipse tanquam seditiosus fuerit accusatus in Programme, quod tamen ne verbulo quidem factum est, cum in eo saltem notata fuerit doctrina chiliaftica, quam seditiosam esse probatum fuit ex Epistolâ de visionibus ubi aperte (frustrâ id negante D. Animadvertente) legimus verba quæ manifesto Chiliaftas ad duella instigant §. 27. *Wirff Panier auff in meinem Nahmen/denn ich wil sie zerschmeissen/wenn ich auffwache: Mit dir wil ich seyn/ und mit dir kriegen* wi-

wider sie. Nim hin den lebendigen Odem/ und brenne/
 das es kracht/ und eiffere/ das es bricht. Licet ergo D.
 Animadvertens non ponatur esse animo seditioso, in eo
 tamen parum laudandus est, quod doctrinam quæ in se
 adeo seditiosa est, pro verâ nobis obtrudat. Non enim
 excusabit Chiliastas quod dicant, non se contra hostes
 pugnaturos sed ipsum Christum, id enim alibi aperte
 negant, ut in adductis illorum hypothesebus ostensum
 est. Multo minus, quod dicant arma sua fore spiritu-
 alia. Quâ ratione enim hoc modo tantum sanguinis
 profundent, ut etiam montes illo inundentur? Nec
 valebit denique quod excipiant, hostes suis gladiis peri-
 turos, cum alibi ex Ps. 149 male intellecto doceant, se
 habituros gladios acutos in manibus, ut vindictam ex-
 erceant inter gentes, eosque vinculis constrictos servi-
 tuti mancipent. Ipsos autem quicumque non sunt se-
 ctæ ipsorum, vel saltem sibi non aliquo modo accedunt,
 pro bestiâ debellandâ habent, ut supra quoque fuit de-
 claratum. Talibus igitur principiis cum imbuti sint
 Chiliastæ, quid facilius est, quam ut seditiosus tandem
 impostor inter ipsos existat, atq; ad hujusmodi præli-
 um eosdem congreget, talem occasionem accelerandi
 regni chiliaistici nullo modo detrectaturos, si scilicet
 magistratus sectam hanc invalescere patiatur? id quod
 superioris seculi exemplum in Munzero evidenter
 declaravit. Denique manet etiam illud, quod qui re-
 gnum chiliaisticum tam avide expectant, non possint
 non omnibus votis optare illud tempus, quo in cruento
 hoc bello totum Imperium Romano Germanicum ab
 ipsis extirpetur, cum posterius necessario ex priori in-
 feratur, unde parum valebit, quod dicant, se pro bestiâ
 debellandâ non habere pios principes. Sufficit enim
 quod omne dogma imperii nostri Germanici extirpa-

tionem desiderans & expectans non possit non esse se-
ditiosum.

CXXXV. Restant in Animadversione loca ex
Dan. II. & VII. At jamdudum a nostris declaratum est,
in Dan. II. esse intelligendum regnum Messiae quatenus
inceptum est sub initium N. T. & in c. VII. idem re-
gnum quatenus in vita aeternâ plenum nanciscetur
gloriae complementum, spectari. Conceditur itaque
in utroque capite, de quatuor regnis sermonem esse:
Regnum vero quod post illa collocatur, non opus est,
ut sit regnum aliquod politicum. Miror proinde,
quamobrem D. Animadvertens §. 52. dicat, a D. Præ-
ceptore negari, quod quartum regnum Danieliticum
sit Romanum, cum plus vice simplici hoc ipsum in Pro-
grammate fuerit assertum, nec ullum etiam in eodem
verbulum reperire licet quod Imperium Romanum
Cæsari (velut criminatur D. Animadvertens) dubium
faciat. Ad Argumenta igitur quibus probat bestiam
quartam Dan. VII. adhuc durare, ut respondeatur opus
non est, cum hoc ipsum concedatur, licet in adductis
rationibus multa quoque desiderari possent, v. g. cum
parvum cornu adhuc in futuris ponit, qua de re litem
jam nullam movebo. Id saltem negatum est in Præ-
lectionibus publicis, nos vivere in Imperio Romano,
affirmatum quod sub Imperatore Romano in Germa-
nia vivamus. Si Regnum Germaniæ constitueret ipsum
Imperium Romanum; quam ob causam Imperator Ro-
manus præter illum titulum haberet etiam titulum Re-
gis Germaniæ? Verum itaque est quod Regi Germa-
niæ Imperium quoque Romanum Jure competat, &
præter illud Regnum quoque Germaniæ. Illud quo-
que negatum fuit, quod vulgo quatuor tantum mo-
narchiæ in orbe extitisse creduntur, cum talium accu-
rate

rate loquendo multo major exhiberi possit numerus. Impugnat autem initio in Nostratium explicatione D. Animadvertens, quod in Daniele sola Judæorum fata futura sint descripta, probatq; cap. VII. ad N. T. tempora se quoque extendere: Verum de cap. VII. nunquam hoc negatum est, sed de cap. II. dictum fuit non doceri ibi quid ubiq; in orbe futurum esset, sed quænam regna populum Judaicum pressura sint. De hoc Capite igitur contrarium D. Animadvertenti est ostendendum. Negatur enim quod regnum Messiaë in Cap. II. & illud in Cap. VII. descriptum in idem tempus incidat. Impugnat deinde quod dictum fuit, promissionem regni Messiaë in Dan. II. adjectam esse in solatium Judæorum, quoniam illorum posterius regnum hoc rejecerint. Hac autem ratione nullam Prophetiam de Messiaë adventu primo Judæis in solatium factam fuisse affirmaveris, quod tamen est contra Esa. XL. I. Conf. Matth. III. 3. quod Argumentum licet a nonnullis in dubium vocetur, valebit tamen saltem καὶ ἀνθρώπων, cum D. Animadvertens non facile negaturus sit Cap. XL. Esa. de primo adventu Messiaë agere. Manet ergo, quod Judæis spes & certitudo ad venientis Messiaë solatio fuerit: Quid enim alias tam anxie illum expectassent? Inscii quippe fuerunt Judæi futuræ duritiei in posteris suis quod scilicet illi propter rejectum Messiam beneficiorum ejus non participes essent futuri. Deinde confundit ubiq; D. Animadvertens regnum Messiaë in Dan. II. & VII. & postquam probavit posterius futurum adhuc esse, idem infert de illo in Dan. II. At probandum prius fuisset, idem utrobq; regnum secundum idem tempus spectari, quod nullibi factum est. Hocine autem boni est Disputatoris? Jam in specie ex Daniele II. ita argumentatur: Regnum Danieliticum incipit

tempore regni Romani : Regnum spirituale Messia-
 tum non incipit, sed jam ante fuit : Ergo Regnum spi-
 rituale Messia- non est regnum illud Danieliticum :
 Respondeo regnum illud Messia- utique tum potest di-
 ci initia sumfisse, si fumatur sub eo conceptu, quatenus
 inter omnes gentes extensum est. Constat enim, quod
 Apostoli tam ex Judæis quam ex gentilibus novam
 congregaverint Christo Ecclesiam, ad quam licet et-
 iam fideles V. T. pertinuerint, dissimili tamen ratione
 id factum est, cum Ecclesia tum in uno saltem consiste-
 ret populo, & per legem pædagogum adhuc coercere-
 tur. Qua de causâ etiam tempus N. T. fœdus novum
 Hebr. VIII. 8. appellatur. Secundum Argumentum
 tale est : Regnum Danieliticum formaliter comminu-
 et regna cætera. Hoc autem non facit regnum Messia-
 spirituale, cum Evangelium non aboleat politias Ergo
 nec illud est regnum Danieliticum. Negatur Major,
 cum potius spiritualis comminutio intelligenda veni-
 at in Daniele, quæ consistit in conversione gentium ad
 Christum. At probare Majorem suam annicitur D.
 Animadvertens (1) Quoniam re vera Romana Monar-
 chia Græcam : Illa præcedentes destruxit, & quidem
 formaliter, (2) Quia regnum Messia- tempore Augusti
 per totum orbem non fuit dilatatum adeoque cætera
 regna spiritualiter non comminuit. Dico ad (1) Com-
 minutionem hanc in Dan. II. soli regno Messia- tribui,
 non vero cæteris regnâ, unde apparet nihil minus hic
 intendi quam ut â cæteris regnâ ad hoc ipsum nece-
 beat hac in re Consequentia. Ad (2) Non dicitur,
 quod comminutio illa fieri debeat tempore Augusti &
 uno momento; sed satis congruit cum Daniele quod
 comminutio spiritualis hæc facta fit tempore quarti
 imperii, inprimis tempore Constantini M. utut non u-
 no

no momen
 Cæterum,
 gatur, necess
 mor regna D
 tum, sed & P
 omniundur
 regni Chiliastr
 tamen Ecclesi
 quod omnia
 tratie tander
 Græciam, Per
 tum fuerit p
 M. T. Hjam
 tux. io. rui S
 es, id quod
 debuisse ex a
 tique ex Dan
 ticum fore
 gnium gloria
 in Textu C
 potestas & d
 regno sc. glori
 ad fore sub
 ristentes. De
 et in regno
 rultus, quos
 illa tentavit,
 quis jam plen
 de. Expositio
 animadverfu
 Dissertatione
 super a Plur
 men Niemei

no momento sed successu temporis fuerit peracta. Cæterum, si formalis comminutio regnorum intelligatur, necessum erit ut eo tempore simul omnia quatuor regna Danielitica existant, cum non solum Romanum, sed & Persicum Græcum ac Babylonicum ita sit comminuendum, num autem illa regna erunt tempore regni Chiliaistici? Nec obstat, nostræ Explicationi quod tamen Ecclesia adhuc prematur ab impiis, sufficit enim quod omnia regna Dan. II. memorata huic uni regno gratiæ tandem cesserint, & Ecclesia per universam Græciam, Persidem, Babyloniam & Romanum Imperium fuerit propagata, quemadmodum de tempore N. T. Iam prædixerat Jacobus Patriarcha Genes. XLIX. io. τὸν Schilo scilicet adhæsuras esse omnes gentes, id quod in primis jam temporibus N. T. impleri debuisse ex ablato a Judâ sceptro manifestum est. Denique ex Dan. VII. 27. objicit: Regnum illud Danieliticum fore sub cælo, non in cælo, adeoq; non esse regnum gloriæ. Respondeo, distinctionem Accentuum in Textu Chaldaico talem exigere sensum: Omnis potestas & dominatus sub cælo, dabitur Altissimo, in regno sc. gloriæ. Non itaque dicit Daniel, regnum illud fore sub cælo, sed omnes potestates sub cælo jam existentes, Deo in hoc regno datum iri, id quod utiq; fiet in regno gloriæ. Atq; ita totius Animadversionis insultus, quos contra nostram de novissimis doctrinam illa tentavit, feliciter Dei auxilio superavimus. Si quis jam pleniorẽ responsionem desideret ad ea quæ de Expositione Symboli Apostolici disputata sunt in Animadversione, consulat hac de re eruditissimam Dissertationem de Symbolo Apostolico, conscriptam nuper a Plurimum Reverendo Domino Præceptore meo Niemeiero §. 128. seqq. Illis autem, quæ ex Anti-

quitate pro Chiliafmo produci solent, plenius satisfecit Doctissimus Clarissimi Wolfii Dialogus hac de materiâ conscriptus, quem utrumque Tractatum hisce adjungere, & ex iis, quæ forte hic nondum ex voto expedita videantur, supplere haud abs re fuerit.

CXXXVI. Ultimo loco restat in Animadversione expendendus numerus LIX. ubi contradictionis arguitur Dominus Præceptor, quod ex Apocalypsi & Daniele Chiliafmas fortissime constringi posse docuerit; antea vero, ut Chiliafmo melius contradicere posset, Apocalypseos autoritatem elevare conatus fuerit. At posterius per maximam calumniam ipsi imputatur, ut in præcedentibus ostensum est, unde nulla amplius erit contradictio. Ne autem vanum esse putent Chiliafmas, quod liber Danielis & Apocalypseos, ad quos imprimis provocare solent, Chiliafasticam tamen sententiam omnium fortissime constringere dicamus, expendant (1) Quod in Apocalypsi c. xx. de nullis integris Martyribus agat Apostolus, sed de illorum tantum animabus, cum solas animas viderit, ut aperte ostensum est. Hinc Martyribus resurrectionem carnis attribuire non potest. Nec eam potest ipsorum animabus tribuere, cum illæ hujus non sint capaces. (2) Quod diabolo in ligatione non omnis dicatur adimi potentia; sed tantum potentia seducendi gentes, Mansura itaq; hoc modo omnia cætera mala essent in regno chiliafatico, quæ per diabolum Ecclesiæ inferri possunt, ubi illa à persecutionibus immunis est, quod nequaquam concedent Chiliafmas. (3) Quod illi qui regnarunt per M. annos v. 8. dicantur adhuc à Goge & Magoge denuo perfectiones passuri, quod ex connexione manifestum est; Iidem enim qui per ligationem Satanæ ad regnum & felicitatem perveniunt, per ejusdem utique solutionem

v. 8. novis denuo persecutionibus exponuntur. At neque hoc concedent Chiliaftæ de iis qui v. 4. memorantur, volunt enim hos omnes ad Ecclesiam supernam pervenire, & ibi præmium accipere illius quod non adoraverint bestiam &c. (4) Hoc modo nullam quoque fore Ecclesiam in terris per hosce M. annos, cum Apollolus eos saltem regnatos dicat, qui in resurrectione primâ resurrexerunt, non dissimulaturus quoque cæteros, si præter eos alii quoque regnassent. (5) Quod juxta ipsos Caput xx. sequatur tempore post Cap. xix. adeoque & resurrectio prima collocanda sit post pugnam illam Apoc. xix. ii. Ad illam autem pugnam illos quoq; qui in resurrectione primâ resurrexerunt, se armaturos volunt Chiliaftæ, vocant enim pugnam hanc judicium illud vivorum & mortuorum, ad quod Christus cum sanctis suis venturus sit. Ante pugnam itaque resurgere debuerunt, adeoq; cap. xx. locandum erit ante cap. xix. quod tamen totis viribus negant. (6) Quod D. Animadvertentis Uxor in Glaubensgespr. p. 837. Verba Apoc. xx. 4. Dabatur illis judicium, trahat ad judicium vivorum & mortuorum in adventu Christi habendum: Verba sunt: Da (wenn die Stühle Apoc. xx. 4. werden gesetzt werden werden) werden wir über die Welt und über die Engel richten/und das ist der Tag/ an welchem du richten wirst die Lebendigen und die Todten. Wenn aber die 1000. Jahr vollendet sind/ so werden nicht Stühle stehen/ sondern ein weißer Stuhl &c. Jam autem judicium illud vivorum & mortuorum explicatur à Chiliaftis de pugna in Harmageddone & eâ quæ describitur Apoc. xix. ii. ut in ipsorum Hypothesibus ostensum fuit. Ergo pugna hæc parallela erit cum c. xx. 4. Totum vero c. xx. subjungi tamen volunt capiti xix, ut ligatio Satanæ sequatur detrusionem besti-

bestiæ in lacum sulphureum ; illam vero resurrectio
 martyrum & quæ c. xx. dicuntur. Ergo iudicium
 vivorum & mortuorum erit ante detrusionem bestiæ
 in lacum per Apoc. xix. 11. Idem vero etiam post hanc
 detrusionem concipiendum est, per Apoc. xx. 4. Quod
 est absurdum & contradictorium. Absurdæ igitur e-
 runt etiam hypotheses eo nos deducentes. (7) Quod in-
 signem quoque numerum impiorum initio M. anno-
 rum resurgere velint Chiliastæ, & quidem præcipuos
 eorum. At Apocalypsis dicit: Cæteri mortui (illis
 scilicet qui bestiam non adorabunt &c. exceptis) non
 resurrexerunt, donec consummarentur M. anni. A-
 perte itaque Chiliastis, si explicatio chiliastica resurre-
 ctionis primæ locum hic habere ponatur, contradi-
 cit Apostolus, aut concedendum erit, illos extre-
 me impios pertinere quoque ad eos qui memo-
 rantur vers. 4. Quod est absurdissimum. Plura
 huiusmodi argumentorum addi possent, nisi ea quæ
 adducta sunt satis manifesto Chiliastarum absurditates
 jam evincerent. Redeant itaq; prius in gratiam cum
 Apocalypsi, antequam eam nobis opponant.

CXXXVII. Transeundum nunc etiam erit ad
 Danielem, ut pateat illum non minus à Chiliastica do-
 ctrinæ portentis plane abhorrere. Sit enim ex Cap. II.
 44. hoc argumentum : Regnum Messiaë l. c. descri-
 ptum est æternum : Regnum Chiliasticum M. annos
 saltem durabit. Ergo Regnum Messiaë non est Chilia-
 sticum. Excipitur vocem textus authentici *Olam* de-
 signare etiam tempus finitum : Respondeo, illud h. l.
 fieri non posse, nam (1) Angelus Gabriel Luc. l. 33.
 verba hæc ita explicat : Regni ejus non erit finis (2)
 Regnum hoc æternum dicitur in respectu & oppositio-
 ne cæterorum quatuor regnorum, ut apertum est ex
 v. 44.

v. 44. At hoc modo & regnum Romanum dicendum
 esset æternum, cum diutius multo duraverit quam M.
 annos. Quæ de causâ in æternitate ipsi non opponi tum
 posset regnum chiliaisticum. Ita ex c. vii. 14. ita infero: Si
 post iudicium in adventu Christi habendum, statim regnum
 incipitur, quod nullum habet finem, nullus relinquetur locus
 regno per M. annos duranti: Verum autem est prius. Ergo
 & posterius. Minor constat ex loco adducto. Major autem
 ex Terminis manifesta est cum regnum Chiliaisticum M. tan-
 tum annos duret. Nec est, quod dicant, illud fore unum
 regnum cum vitâ æternâ, & in illo continuandum: Requi-
 runt enim ad hoc regnum ex v. 27. male intellecto, ut ei sub-
 jecti sint omnes populi sub cælo tum adhuc existentes, id
 quod post M. annos finitos ex ipsorum consensu haud am-
 plius fiet. Deinde ita infero: Quodcumque regnum in-
 cipiet post iudicium extremum, illud non est Chiliaisti-
 cum: Tale regnum autem est Danieliticum. Ergo. Mi-
 nor probatur, quoniam iudicium regnum hoc antece-
 dens & in v. 10. descriptum, non potest aliud esse quam
 extremum: Est enim illud iudicium, in quo Deus ipse
 in sella residet, ac libri aperiuntur, adeoque idem cum
 illo quod describitur Apocal. xx. 11. 12. quem locum de
 extremo iudicio ipsi quoque Chiliaistæ explicant: Judi-
 cium autem ante regnum millenarium ponunt saltem
 in mactatione impiorum, ubi nondum libri actionum
 humanarum aperiuntur. Diversum itaque hoc erit à
 iudicio apud Dan. c. vii. 9. 10. Hinc novum emergit Ar-
 gumentum: Si parvum cornu in capite quartæ bestię
 usque ad tempus extremi iudicii manebit, & tum de-
 mum in ignem projicietur, nullum erit tempus ante
 extremum iudicium, in quo regnum chiliaisticum obti-
 neat. Verum autem est prius. Ergo & posterius. Ma-

Bb

jorem

jorem nec ipsi Chiliaſtæ negabunt. Minor conſtat ex v. ii. ubi parvum cornu in illo ipſo judicio in ignem projicitur, quod judicium eſſe extremum illud, in fine totius univerſi habendum, paulo ante demonſtratum eſt. Ex quibus omnibus apparet, quidnam ipſe Daniel de Chiliaſmo ſentiat, unde non dubito quin ex ſingulari Dei providentia Chiliaſtæ nobiſcum diſputantes, talia nobiſi ipſi loca com-
monſtrare & ſuppeditare arma cogantur, quibus mani-
feſtiſſime totum dogma ipſorum jugulari queat. Oſten-
det hoc ipſum ſuo tempore & loco ipſe D. Præceptor, &
doctrinam ſuam uberius publico ſcripto propediem tue-
bitur.

CXXXIX. Judicet jam totus orbis Chriſtianus, quo jure Chiliaſtæ dogma ſuum nobiſi pro divino poſſint obtrudere, & illos qui vanitatibus hiſce contradicunt tan-
quam hoſtes veritatis ac pietatis proclamare? Judicent, inquam, an illi, qui voci ſolius Chriſti ſunt aſſveti Joh. X. 6. neglectis Salvatoris ſui apertis effatis, teneantur exoſcu-
lari illa, quæ vel, neſcio cujus divinatricis oracula nuper in lucem protruſere, vel D. Animadvertentis pagina ex ſcri-
ptis Prophetarum pro beneplacito intellectis inauditâ de-
monſtrandi methodo deduxerunt? Expergiſcantur, uti-
nam, utinam, tot pretioſo Chriſti ſanguine redemptæ ani-
mæ, quas tam periculoſus error atque monſtroſa vanitas à genuinis purisque verbi divini laticibus ad turbulentis-
ſimas falſarum Scripturæ S. detorſionum paludes abduxit, veritatisque lumen oculos ſuos tandem perſtingere patian-
tur: Diſcutiat ipſe Deus nebulas animum ipſorum denſâ caligine obnubilantes. Illuminet corda cunctorum è ſe-
ductis hæc legentium, & verbi ſui divini virtute tergiverſan-
tium animos expugnet, ſuamque Eccleſiam in ſancta fidei unitate benigniſſimus iterum conjungat.

Ter-

Terre
Anim
Sellas
Fulger
Veſteſ
Spectet
Spes no
Alios ca
Profuſu
Nobiſi p



*Terrena nobis nulla fascinent sceptrā
 Animos tumentes, nec superbiens ostrum,
 Sellas eburneas, jubarq; gemmarum
 Fulgens hiemus, aut metalla Pactoli,
 Vestesq; bis cruore muricis tinctas:
 Spectet supernas unice poli sedes
 Spes nostra, thesaurosq; nesciat Christi
 Alios caterva, prater illa quæ sanguis
 Profusus Agni, crimen omne tollentis,
 Nobis paravit in sui domo Patris.*

F I N I S.



